PA
4212
.H3

PA 4212
.H3

QUAESTIONUM HYPERIDEARUM

CAPITA DUO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HERMANNUS HAGER

ELSTRANO-LUSATICUS.



LIPSIAE

TYPIS ANDRAEI

MDCCCLXX.

PA4212
.H3

CAP. I.

DE HYPERIDIS VITA.

Non fuit vanus vates Fr. G. Kiesslingius de Hyperide optime meritus[1]), cum divinaret protractum iri aliquando e situ et tenebris in lucem Hyperidis orationes, sed prorsus alia via hoc factum est, atque speraverat vir doctissimus. Intercidit cod. pergam. olim Jacobi Harisii Sarisberiensis, quem Taylorus commemorat cf. Schaef. appar. ad Demosth. vol. I p. 102, neque ullum vestigium ejus repertum est. Idem accidit codici bibliothecae Budensis Matthiae Corvini scholiis locupletissimis ornato[2]). In Gesneri bibliotheca s. v. Hyperidis traditur: ‚Hyperidis fragmenta quaedam orationum exstant apud Paulum Bornemiza[3]), episcopum in

[1]) de Hyp. com. I. II. Hildburgh. 1837, III. Poson. 1846, spec. quaest. Attic. Cizae 1832 p. 14 sqq., denuo edita a M. H. E. Meiero Hal. Sax. 1847 una cum comment. de Ps. Plut. vit. Lycurg. et de fragm. Lycurgi.

[2]) Kiessl. p. 141: ‚notum est, bibliothecam Budensem a Turcis esse combustam, paucasque reliquias Vindobonam esse deportatas, in quibus Hyperidem frustra quaesieris'. Hoc non ab omni parte accurate dictum est; narrat enim Joh. Mailáthus, hist. magyar. vol. V p. 125: Turcas Buda urbe potitos prorsus neglexisse hanc bibliothecam et per id tempus, quo fuerit penes eos Buda, quicunque voluerit sumpsisse eos libros, qui locupletissima et pulcherrima haberent tegumenta. Itaque haud paucos repertos esse libros, cum recuperaretur haec urbs ab Austriacis, quos plerosque Marsiglius Bononiam patriam deportaverit. Potest igitur fortasse Bononiae codex ille Hyperideus latere.

[3]) de hoc Paulo Bornemiza dicit Babingtonus journ. of class. and sacr. phil. 1854, p. 407: now I should be greatly obliged to any one who can give me such information about this Bornemiza, as may helps to lead me to discover what has become of his library. His name does

Hungaria'. Sed neque haec comparuerunt usque ad hunc diem neque aliunde quidquam hujus oratoris, donec ab Anglis in Aegypto tres papyri Hyperideae proximis lustris repertae sunt. Quomodo hae papyri in manus pervenerint Anglorum, narrant editores Britannici ac potissimum Ardenius et J. B. Lightfootus journ. of class. and sacr. philol. 1854 p. 109 sqq., et obiter indicat Blassius praef. p. VI. VII. Ut rem paucis absolvam, vere anni 1847 A. C. Harrisius reliquias orationis in Demsothenem priorisque partis orationis pro Lycophrone, eodem anno Josephus Ardenus posteriorem partem orationis, quae pro Lycophrone habita est, et Euxenippeam, a. 1856 H. Stobartus fragmenta orationis funebris ab Arabibus emerunt; praeterea Ch. Babingtonus inter varias schedas Ardenii repperit parvula fragmenta, et alia, quae Parisios ad Michaelem Chaslesium devenerant, nuper edidit Eggerus, ‚mémoire sur quelques nouveaux fragments inédits de l'orateur Hypéride' Par. 1868 cf. Weil. Jahn. annal. a. 1869 p. 97—100. Accesserunt igitur ad papyros jam antea in Aegyto repertas, quae Iliadis librum XXIV. et Chrysippi librorum *περὶ ἀποφατικῶν* fragmentum continent, tres papyri Hyperideae, de quibus cum propter alias causas, tum hac de re potissimum nobis gratulamur, quod Hyperidis oratoriarum virtutum a veteribus laudatarum tandem aliquando certiorem quandam speciem animo informare licet. De cognatione, quae intercedit inter has papyros, egit Sauppius, philol. III p. 610 sq.; quod de versuum in

---

not occur in several works on Hungarian literati and literature, where I had hoped to have discovered it'. Episcopum hujus nominis commemorat Fr. Forgachius de Ghymes, rerum Hungaric. sui temporis comment. Poson. et Cassov. 1788, p. 138: Paulus Bornemiszsza episcopus Albae Juliae. Alba Transilvaniae, quae fertur Julia esse nominata e Julia Domna, Severi conjuge, M. Aurelii Antonini Caracallae matre, etiam hoc tempore episcopatus est Weissenberg s. Carlsburg nominata cf. Fr. H. Th. Bischoffi et J. H. Moelleri onomast. compar. geograph. veteris mediae novae aet., Goth. 1829. Floruit hic Paulus Bornemiszsza, quum Solymannus bellum gereret cum Hungaris.

singulis columnis et litterarum in singulis versibus numeris, de litterarum ductu, compendiis, syllabarum diremptione, orthographia, erroribus etc. proferre mihi in animo erat, praeripuit Blassius in praef. inde a p. VIII cf. praeterea ejusdem progr. Naumb. 1869 p. 11. 12. Iam antea de erroribus in or. funebr. Cobetus in ed. or. fun. p. 23 sqq. Lugd.-Bat. 1858 et F. V. Fritzschius ind. lect. Rostoch. 1860, Sauppius l. l. p. 656 sqq. de lineolis versuum principio suppositis, signis in fragm. or. in Demosth. verba fecerant. cf. Blass. in mus. Rhen. a. 1869 p. 524—532. Kiesslingius l. l. p. 138 quamquam infelici quodam casu fieri potuisse concedit, ut Hyperides ad nos non pervenerit, tamen haud male conjecisse sibi videtur, hujus rei causam quaerendam esse in versatili et vario ejus oratoris eloquentiae charactere; quam ut fulciat opinionem affert [Longin.] *περὶ ὕψους* c. 34: *εἰ δ' ἀριθμῷ, μὴ τῷ μεγέθει κρίνοιτο τὰ κατορθώματα, οὕτως ἂν καὶ Ὑπερείδης τῷ παντὶ προέχοι Δημοσθένους. ἔστι γὰρ αὐτοῦ πολυφωνότερος καὶ πλείους ἀρετὰς ἔχων καὶ σχεδὸν ὕπακρος ἐν πᾶσιν, ὡς ὁ πένταθλος, ὥστε τῶν μέν πρωτείων* [*ἐν ἅπασι* uncis inclusit O. Jahnius *Διονυσίου ἢ Λογγίνου περὶ ὕψους* Bonnae 1867.] *τῶν ἄλλων ἀγωνιστῶν λείπεσθαι, πρωτεύειν δὲ τῶν ἰδιωτῶν*, unde concludit, fuisse quidem in Hyperide plurimas virtutes oratorias conjunctas, nihil tamen in eo tam insigne ac proprium eminuisse, ut propterea praecipue coleretur. Corruit haec sententia una integra[1]) triumque orationum fragmentis re-

[1]) De integritate orat. pro Eux. unus tantum, quod sciam, dubitavit. Constant. Maes-Canini, L'Eusenippea d'Iperide ora per la prima volta tradotta in Italiano Rom. 1868 p. 21 (estratto dal Giornale Arcadico tom. LII della nuova serie): dai comentatori si è ritenuto finora che il principio dell' orazione d'Iperide sia proprio questo, e nulla di precedente vi manchi: io però nel modo più riguardoso mi attento ed emettere una mia particolare opinione, come semplice congettura, non già come un giudizio. Non avviso che un discorso ex abrupto non possa cominciarsi anche con un ma, chè anzi ve n'ha esempi di classici che pruovano il

pertis; videmus igitur servatum esse Hyperidem, neque abhorret a veri similitudine, eadem ratione, qua has, etiam alias reperiri posse orationes. Deinde paullo accuratius inquiramus, cur singuli oratores servati sint: ‚Antipho, quod ceterorum quasi agmen ducit et causarum capitalium insignis fuit orator: Andocides, quod ejus orationes ad memorabilem quandam historiae Atticae partem pertinent: Lysias, quod auctor est optimus Attici stili: Isaeus, quod in certo quodam judicialium causarum genere totus versatur praeceptorque Demosthenis habetur: Isocrates, quod ex ejus disciplina perfectissimi oratores exierunt: Demosthenes, quod summus est dicendi artifex et praestantissimus extremae Athenarum aetatis enarrator: Lycurgus, quod in ejus oratione insignes quidam sunt loci communes, qui sophistis perquam placerent: Aeschines, quod unus dignus fuit, qui cum Demosthene contenderet atque eximia quadam elegantia et mollitie excellebat:

---

contrario. Onde non è per menar buono ai sostenitori dell' opinione che qui si tratti di una *δευτερολογία* questo argomento che affacciano in loro favore; bensì io vorrei considerare la circostanza del principio un po' strano del presente discorso come un'indizio della possibile mancanza di qualche prima parte nel medesimo: parendomi eziandio che le parole ‚*ὅπερ καὶ πρὸς τοὺς παρακαθημένους ἀρτίως ἔλεγον*', cioè ‚il che di corto eziandio a coloro ebbi a dire, che si assisero', potrebbero far supporre che qualche altra cosa fosse stata detta precedentemente; e la condizione del papiro mi somministrerebbe una fortunata circostanza da favorire la mia idea nell'essere il titolo dell'orazione scritto di altra mano, giacchè quando anche questo fosse della stessa scrittura del rimanente, sarebbe inverosimile affato quanto io dico'. Sed unum praetermisit Italus, quod mihi summi momenti esse videtur: papyrus, qua initium orationis scriptum est, duas tantum columnas continet easque ita scriptas, ut in sinistra ejus parte spatium unius columnae vacuum restet. Hoc eo consilio a librario factum esse arbitror, ut intervallo illo novae orationis initium indicaretur. Quod ab *ἀλλά* particula incipiat oratio, neminem offendere potest cf. Comparetti, il discorso d'Iperide in favore d'Euxenippo Pis. 1861 p. 40. Abrupte incipit orator, ut indignationem effundat apud judices de pravo *εἰσαγγελίας* usu, de quo jam questus erat cum assidentibus (*ὅπερ καὶ πρὸς τοὺς* etc.).

Dinarchus vero, tum quod anxie se ad Demosthenis exemplum conformaverat, tum quod orationes ejus in celebri Harpalica causa habitae sunt'. Ut unum tantum proferam contra hanc ratiocinationem: Dinarchum in Demosthenem invectum esse non mirum est, quod rebus Macedonum favebat, idcirco potius Hyperides servandus erat, qui gravissimam in causa Harpalica personam sustinuit, quamquam amicus fuit Demostheni eidemque parti addictus.

Instituenti mihi Hyperidis vitam tractare, antequam ulterius progrederer, pauca dicere visum est de iis, qui de eo scripserunt.

Primus occurrit Hermippus, qui in altera operis sui parte *περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων* eum inter Isocrateos refert cf. fr. LXX—LXXIII. (Lozynski ed. fragm. Herm.). Facio cum Kiessl. p. 150, qui utrumque Hermippi de Euthia fragmentum ex Hyperidis vita depromtum esse censet, quod utrumque ad Phrynae causam, quam Hyperides egit, pertinet neque praeterea Euthias inter Isocrateos usquam numeratur. cf. Sennegii dissert. I de schola Isocratea p. 28 not. Hermippi fragmentorum novum ordinem proponit Fr. Nietzschius in mus. Rhen. a. 1869, p. 189 sqq.

Vehementer deplorandum est, quod Dionysii Halicarnassensis liber de Hyperide ad nos non pervenerit. A. G. Beckerus, proleg. ad Dionys. *περὶ δεινότ.* transl. vernac. p. 28 sqq. conjectavit ex eo, quod Dionysius suorum librorum usquequaque bene memor Hyperidei et Aeschinei opusculi nunquam recordatur, cogitasse quidem de peculiari opera Hyperidi et Aeschini oratoribus impendenda, sed sive opere historico sive vitae necessitate prohibitum esse, quominus promissis staret'. Hanc conjecturam aliquanto probabiliorem fieri censet Kiessl. p. 152, quod in judicio de Dinarcho multus sit in Hyperide cum aliis oratoribus componendo. Uterque vir doctus permotus esse videtur, ut ita judicaret, extremis verbis opusculi *περὶ δεινότητος: ταῦτα, ὦ κράτιστε Ἀμμαῖε, γράφειν εἴχομέν σοι περὶ τῆς Δημοσθένους λέξεως.*

ἐὰν δὲ σώζῃ τὸ δαιμόνιον ἡμᾶς, καὶ περὶ τῆς πραγματικῆς αὐτοῦ δειότητος, ἔτι μείζονος ἢ τοῦδε καὶ θαυμαστοτέρου θεωρήματος ἐν τοῖς ἑξῆς γραφησομένοις ἀποδώσομέν σοι τὸν λόγον. Neque tamen adstipulor his viris doctis. Meditatum esse Dionysium etiam de Hyperide disserere, intelligitur ex ejus verbis (vol. V, p. 451 ed. Reisk.): *ἔσονται δὲ οἱ μὲν παραλαμβανόμενοι ῥήτορες, τρεῖς μὲν ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, Λυσίας, Ἰσοκράτης, Ἰσαῖος· τρεῖς δ' ἐκ τῶν ἐπακμασάντων τούτοις Δημοσθένης, Ὑπερείδης, Αἰσχίνης· οὓς ἐγὼ τῶν ἄλλων ἡγοῦμαι κρατίστους. καὶ διαιρεθήσεται μὲν εἰς δύο συντάξεις ἡ πραγματεία· τὴν δ' ἀρχὴν ἀπὸ ταύτης λήψεται τῆς ὑπὲρ τῶν πρεσβυτέρων γραφείσης* et ubi de Isaeo judicium concludit (p. 629): *καὶ περὶ τούτων μὲν ἅλις. ἑτέραν δὲ ἀρχὴν ποιήσομαι τοῦ λόγου, περί τε Δημοσθένους καὶ Ὑπερείδου καὶ τρίτου λέγων Αἰσχίνου.* Nisi etiam hanc posteriorem *σύνταξιν* confecisset de Demosthene, Hyperide, Aeschine, dicere vix potuisset in judicio de Dinarcho (p. 629. 630): *περὶ Δεινάρχου τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἰρηκὼς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρχαίων γραφεῖσι, διὰ τὸ μήτε εὑρετὴν ἰδίου γεγονέναι χαρακτῆρος τὸν ἄνδρα, ὥσπερ τὸν Λυσίαν καὶ τὸν Ἰσοκράτην, καὶ τὸν Ἰσαῖον, μήτε τῶν εὑρημένων ἑτέροις τελειωτήν, ὥσπερ τὸν Δημοσθένην καὶ τὸν Αἰσχίνην καὶ Ὑπερείδην ἡμεῖς κρίνομεν.* Blassius de scriptis rhetor. Dionys. Halic. p. 11 affert praeterea scholiast. ad Hermog. VII. 1048 W: *Διονύσιος ὃς περὶ χαρακτῆρος διέλαβε Λυσίου Δημοσθένους Ἰσοκράτους Ὑπερείδου Θουκυδίδου* ‚qui quamquam accurate non loquitur, hoc tamen probare videtur, ultimam quoque partem libri de antiquis oratoribus[1]) esse absolutam'. De Hyperide egit praeterea Dionysius in altero *περὶ μιμήσεως* libro, cujus epitomen esse librum, qui inter ejus scripta circumfertur *ἀρχαίων κρίσις* a Sylburgio inscriptus, primum

[1]) de titulo non constat; inscribitur: *ἡ περὶ τῶν Ἀττικῶν ῥητόρων πραγματεία* (ad. Cn. Pomp. c. 2), *περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων ὑπομνηματισμοί* (ad. Amm. ep. II. init.), *περὶ τῶν ἀρχαίων* (de Dinarcho c. 1); apud seriores *περὶ χαρακτήρων τῶν ῥητόρων* (Rhet. gr. V. 548 VII. 880 W.).

perspexisse et demonstrasse Beckeri meritum est (cf. l. l. p. 17 n.).

Didymum commentatum esse Hyperidem aeque ac Demosthenem Aeschinem Isaeum (cf. Didym. fragm. ed. M. Schmidtii inde a p. 310) intelligitur ex Harpocr. s. v. *ὀξυθύμια — ἐν τῷ ὑπομνήματι εἰς τὸν κατὰ Δημάδου*. Itaque veri simillimum esse arbitror, quod Sauppius conjecit, Suidam s. v. *ἄνδηρα* ipsa Hyperidis verba e Didymi commentariis Hyperideis servasse.

Ὑποθέσεις ad Hyperidis orationes confecit Gaius Aelius Harpocration. Tradit Suidas s. v. *Ἁρποκρατίων* Gaium Harp. *περὶ τῶν Ὑπερείδου καὶ Λυσίου λόγων* scripsisse et Aelium Harp. *ὑποθέσεις τῶν λόγων Ὑπερείδου* composuisse. Laudandum est, quod Kiessl. p. 144 proponit ‚cum mirum esset, utrumque sophistam de Hyperide scripsisse, hos duo Gaium et Aelium dictos unum eundemque esse et in duo quasi dissectum apud Suidam.

Heronem (Suid. s. v. *Ἥρων*) in libro *περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι* etiam Hyperidis cum Demosthene et Demade contentiones forenses enarravisse admodum verisimiliter conjecit Kiessl. p. 151.

Plurima vero, quae de Hyperidis vita scimus, hausta sunt e Ps. Plut. vitt. X oratt. p. 848 D usque ad p. 850 B. Hunc librum non profectum esse a Plutarcho certum est cf. A. Schaeferi comment. de libro vitt. X oratorum, Dresd. 1844, qui censet, vitas decem oratorum non multo post Dionysii Halicarnassensis aetatem ab aliquo grammatico breviter esse descriptas in usum eorum, qui ad lectionem oratorum antiquorum accederent: post, quum in scholis rhetorum lectitari non desinerent, a compluribus hominibus doctis indoctisque temporibus diversis interpolatas et amplificatas esse'. Paullo accuratius Hyperidis vitam enarravit Photius bibl. cod. 266, qui saltem natalibus et morte Hyperidis vitae descriptionem terminavit, attamen fere iisdem verbis Ps.

Plutarcheam vitam sequitur, id quod fecit etiam in aliorum vitis cf. codd. 262. 264. 268.

Aggredienti mihi ad vitae descriptionem ipsam confitendum est, paene omnem materiam praereptam esse a Kiesslingio l. l., Boeckhio (de oec. civ. Athen., act. acad. Berol. a. 1834 etc.), Arn. Schaefero (de Demosth. ejusque aet.), Boehneckio (quaest. or. attic. et Dem. Lyc. Hyp. vol. I), Rabio (comment. de vit. Hyp. Olsnae 1854, in qua nonnulla omissa sunt), J. Girardo (revue nationale, 25. juillet 1861 p. 222—242), neque tamen consilium meum abjeci, cum operae pretium esse censerem, a doctis compluribus locis disputata in unum colligere. Primum quod ad scripturam *Ὑπερείδης* an *Ὑπερίδης* pertinet, jam Kiessl. p. 153 *Ὑπερείδης* ut potiorem complexus est, quod novis argumentis probatur. Eggerus in fragm. orat. in Demosth. ab ipso publicatis inscriptionis partem *ΠΕΡΕΙΔΟΥ* repperit; cum in fragmento infra et supra nomen amplum spatium exstet vacuum, veri simillimum est, quod conjecit vir doctus universi voluminis inscriptionem esse hoc nomen *ΥΠΕΡΕΙΔΟΥ*. Praeterea Boeckh. de inscr. naval. p. 442 XIII C v. 102: *τριήραρχος Ὑπερείδης Γλαυκίππου Κολλυτεύς* etc. cf. p. 498 XIV D v. 246.[1]) Inde et patris et pagi nomen comperimus; Collytensem fuisse, etiam ex Hyperidis verbis (or. pro Eux. c. 26) concludere possumus: *ἀλλὰ — δέκα μὲν συνηγόρους ἐκ τῆς Αἰγηίδος φυλῆς ᾐτήσω, ὧν καὶ ἐγὼ εἷς ἦν αἱρεθεὶς ὑπὸ σοῦ. συνηγόρους* contribules sibi expetere mos fuisse videtur cf. Andoc. I, 150: *δεῦρο, Ἄνυτε, Κέφαλε, ἔτι δὲ καὶ οἱ φυλέται οἱ ᾑρημένοι μοι συνδικεῖν* cf. Hermann. antiqq. publ. 142, 14. Editor Cantabrigiensis Sphettium voluit esse Polyeuctum, sed *Σφηττός* non est Aegeidis, sed Acamantidis tribus; ex Aegeide duo noti sunt Polyeucti: *Καλλικράτους*

[1]) Et libri mss. (cf. Voemel. proleg. gram. ad Dem. cont. p. 150) et inscr. fluctuant. C. J. gr. ed. Boeckh. n. 6118: *Ὑπερίδης ῥήτωρ Ζευξιάδης ἐποίει.* Alius quidam in inscr. Theraeis n. 2448 v. 4 per ει *Ὑπερείδους τοῦ Θρασυλέοντος* et n. 2463b v. 7 idem per ι scribitur *Ὑπερίδης καὶ Τεισάνω[ρ] Θρασυλέο[ντος]*.

Ἑστιαιόθεν cf. Boeckh. l. l. p. 534, XV et XVI B v. 104, et *Κυδαντίδης*, hoc loco Cydantidem intelligendum esse docet Harpocr. s. v. *Πολύευκτος*. Obiter tantum Suidas, esse qui Hyperidem Pythocle patre natum esse ferant, commemorat, etenim alius non exstat locus veterum, quo Suidae nitatur sententia. Jure igitur G. A. Blumius (excurs. ad Lyc. or. in Leocr. p. XV.) Reiskium vituperat, qui in indice Demosthenico Cleandri filium Sphettium fuisse scribit, atque mirum est, Dindorfium in novissima editione 1867 idem peccasse.

Tres floruisse Hyperides Athenis Demosthenis aequales censet Blumius l. l.: Cleandri filium Sphettium, qui Demosthene duce ad Thebanos una cum aliis quibusdam legationem obierit, et Callaeschri filium obscuriorem, qui tantum propter testimonium in causa Ctesiphontea commemoretur, praeter celeberrimum oratorem, quem, quotiescunque mentionem faciat ejus Demosthenes, ut satis notum neque patris neque pagi nominibus additis accuratius describat. Sed cum Droysenus in diario stud. antiqu. a. 1839 p. 702 sqq. et p. 818 sqq. cf. act. soc. Saxon. I p. 66 sqq. luculenter comprobaverit, subditicia esse testimonia, in quibus utriusque reperiretur nomen (Dem. XVIII, 137 et 187), neutriusque alibi mentio fiat, eos commentus est qui confecit testimonia. Ex ipsa Demosthenis societate de Hyperide oratore cogitandum esse censet Droysenus, sed legationes ab eo administratae cum aliae disertis verbis commemorentur, hac tamen cum Demosthene functum esse alibi non legimus.

Ortus est Hyperides e divite gente, cujus ante portam equestrem sepulchrum gentilicium erat (Ps. Plut. p. 849 C); quo anno natus sit, non traditum est neque potest de hac quaestione quidquam conjici ex orationibus repertis. Demosthene minorem fuisse, ex Ps. Plutarcho concludit Schaef. l. l. II p. 298. 1 quem secundum temporis rationem vitas oratorum enarrasse censet: Aeschines Lycurgus Demosthenes Hyperides. Sed si ita statuimus, Lycurgo Aeschines natu major fuisset. In contrariam sententiam discedunt Boehneckius et Girardus;

Boehneckius (Dem. Lyc. Hyp. p. 97) ‚quod una cum Lycurgo Platonem et Isocratem audivisset', sed mox videbimus huic testimonio vix quidquam tribuendum esse; Girardus (l. l. p. 222) dicit: il semble qu'il (Hyp.) ait dû être plus vieux que celui-ci (Demosth.) de quelques années; car en 349, époque à laquelle on donne à Demosthènes de trente-trois à trente-cinq ans, il avait déjà un fils en âge de contribuer au service de l'État, c'est-à-dire ayant au moins dix-huit ans'.

Nihil colligi potest e verbis Dionysii (vol. V p. 451 ed. Reisk.): *τοὺς δὲ χαριεστάτους ἐξ αὐτῶν προχειρισάμενος κατὰ τὰς ἡλικίας, ἐρῶ περὶ ἑκάστου· ἔσονται δὲ οἱ μὲν παραλαμβανόμενοι ῥήτορες τρεῖς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων Λυσίας Ἰσοκράτης Ἰσαῖος, τρεῖς δ' ἐκ τῶν ἐπακμασάντων τούτοις Δημοσθένης Ὑπερείδης Αἰσχίνης* etc. *ἡλικίας* intelligit periodos *οἱ πρεσβύτεροι — οἱ ἐπακμάσαντες τούτοις.*

De privata Hyperidis vita perpauca memoriae prodita sunt. Irridetur a comicis, quod cupediorum et heluationum deditus sit studiis, mane in foro piscario ambulaverit, lusionem amaverit, meretricibus addictus fuerit. Athen. VIII p. 341 E sqq. *καὶ Ὑπερείδης δὲ ὁ ῥήτωρ ὀψοφάγος ἦν, ὥς φησι Τιμοκλῆς ὁ κωμικὸς ἐν Ληλίῳ — Α. ὅ τ' ἐν λόγοισι δεινὸς Ὑπερείδης ἔχει. Β. τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῶν πλουτιεῖ, ὀψοφάγος ὥστε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.* Syri piscibus abstinebant; prae Hyperide, inquit, lari, qui piscibus vescuntur, Syri sunt. Idem *ἐν Ἰκαρίοις· τὸν τ' ἰχθυόρρουν ποταμὸν Ὑπερείδην πέρα* etc. (Mein. fr. com. III p. 591. 602). *Φιλέταιρος δ' ἐν Ἀσκληπίῳ τὸν Ὑπερείδην πρὸς τὸ ὀψοφαγεῖν καὶ κυβεύειν αὐτόν φησι* etc. (Mein. l. l. p. 292) *καὶ ὁ Ἕρμιππος δέ φησιν ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν ἑωθινὸν τὸν Ὑπερείδην ποιεῖσθαι νῦν* [?] *τοὺς πιριπάτους ἐν τοῖς ἰχθύσιν.* Lozynski laudat Schweighaeuserum, qui vertit ‚scholas habere ibique docere'; item C. Muellerus fragm. hist. gr. III p. 50. Sed neque de schola neque de discipulis Hyperidis aliunde quidquam traditum est; est ‚obambulare in foro piscatorio', ut Dalecampius et Casaubonus reddiderunt. *ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς*

τὰ ἀφροδίσια καταφερής Ps. Plut. p. 849 D; narrat Idomeneus Hyperidem Glaucippo filio paterna domo ejecto Myrrhinam sumptuosissimam meretricem recepisse et hanc quidem in urbe habuisse, in Piraeo vero Aristagoram, Eleusine Philam, quam ingenti pecunia emptam deinde liberam dimiserit et dispensandis rebus domesticis praefecerit cf. Ps. Plut. l. l. εἴκοσι μνῶν λυτρωσάμενος. Cui ignotum est in Phryne defendenda quam procaci usus sit artificio! Athen. XIII p. 590 E: ὁ δὲ Ὑπερείδης συναγορεύων τῇ Φρύνῃ, ὡς οὐδὲν ἤννε λέγων ‹ἐπίδοξοί τε ἦσαν οἱ δικασταὶ καταψηφιούμενοι, παραγαγὼν αὐτὴν εἰς τοὐμφανὲς καὶ περιῤῥήξας τοὺς χιτωνίσκους γυμνά τε τὰ στέρνα ποιήσας τοὺς ἐπιλογικοὺς οἴκτους ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἐπερῥητόρευσε etc.[1]) μὴ δύνασθαι καλῶς ζῆν μὴ μαθόντα τὰ καλὰ ἐν τῷ βίῳ (iragm. 209), videtur lex fuisse, qua vitam degerit. Nemo probabit hanc dissolutam et libidinosam vivendi rationem, sed summa laude Hyperidem qua civem et oratorem dignum esse unusquisque concedet; non erat ei temperantia strenuumque studium Demosthenis, non simplicitas morumque castitas Lycurgi, tamen viri illi in vita privata tam dissimiles in publica unum idemque secuti conjunctis viribus contenderunt, ut vitia in re publica administranda tollerent et omni modo Athenarum totiusque Graeciae libertatem tuerentur. Servata est apud Stobaeum (flor. VIII. 16 fragm. 205) Hyperidis sententia: τὴν ἀγωνίαν τοῦ λέγειν πέδην εἶναι; ille quidem nunquam pavore affectus est neque jactator est insolens rerum a se gestarum, si summum quemque virum et potentissimum se aggressum esse profitetur or. pro Eux. c. 38. Libere locutus est neque ab acerbitate temperavit, μὴ σκοπεῖτε, inquit, μόνον, εἰ πικρὸς, ἀλλ' εἰ

[1]) Athenaeus et Ps. Plutarchus l. l. Hyperidem ei vestem rupisse dicunt; aliter Sext. Empiric. adv. mathem. II, 4 p. 258 (Fabr.): Φρύνη τε, ὥς φασιν, ἐπεὶ συνηγορῦντος αὐτῇ Ὑπερείδου ἤμελλε καταδικάζεσθαι καταῤῥηξαμένη τοὺς χιτωνίσκους καὶ γυμνοῖς στήθεσι προκυλινδουμένη τῶν δικαστῶν, πλεῖον ἴσχυσε διὰ τὸ κάλλος τοὺς δικαστὰς πεῖσαι τῆς τοῦ συνηγορῦντος ῥητορείας. cf. quid docuerit Wagnerus ad Alciphr. ep. I, 31 p. 179.

προῖκά εἰμι πικρός. (Plut. de amic. et adulat. p. 67); per totam vitam corrumpi se non passus est μόνος γὰρ ἔμεινεν ἀδωροδόκητος (Ps. Plut. l. l.). Nihili est quam Timocles factitat criminatio (Athen. VIII p. 341 F) cf. Schaef. l. l. III p. 292, vel Epichares [Dem.] LVIII, 35: λέγε δὴ καὶ τὰς τῶν ἄλλων ἐφεξῆς τὰς τοιαύτας μαρτυρίας καὶ τὴν Ὑπερείδου καὶ Δημοσθένους. τοῦτο γάρ ἐστιν ὑπερβολή, τὸ παρ' ὧν οὐδ' ἂν εἷς ἀξιῶσαι λαβεῖν, τοῦτον παρὰ τούτων ἥδιστα λαμβάνειν πωλοῦντα τὰς γραφάς. Schaef. III app. p. 277 n. 3. Clarum justitiae documentum edidit, quod post Lycurgi mortem, contra quem saepius lites peroraverat, ejus liberos in vincula conjectos (Ps. Plut. p. 842 C) defendit a Menesaechmi aliorumque accusatorum calumniis (fragm. 121). Summum reipublicae bonum libertatem esse censuit: cum quondam convenisset cum legatis Antipatri laudantibus eum, respondit οἴδαμεν ὅτι χρηστὸς ὑπάρχει, ἀλλ' ἡμεῖς γε οὐ δεόμεθα χρηστοῦ δεσπότου (Ps. Plut. p. 850 A). Per totam vitam, cum patriae salutem eandem censeret esse atque suam ipsius, nunquam quieti sese dedit; fortiore et promptiore erat animo quam Demosthenes acriorque Macedonum adversarius; nunquam ita desperavit, ut laboribus si minus victoriam, at certe pristinae fortitudinis laudem reparari posse non arbitraretur: maximis rebus gerendis cum summa gloria interfuit ac vitam suam reipublicae commodis dedicatam honestissimo exitu condecoravit.

Ps. Plut. 848 D ἀκροατὴς δὲ Πλάτωνος γενόμενος τοῦ φιλοσόφου ἅμα Λυκούργῳ καὶ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος etc. idemque p. 837 D dubitanter addit ὡς δέ τινές φασι καὶ Ὑπερείδης καὶ Ἰσαῖος. Hermippus in tertio de Isocratis discipulis libro Hyperidem commemorat (Athen. l. l.). Cobetus ed. or. funebr. p. 10 enuntiata quaedam affert, ut Hyperidem imitatum esse Isocratem demonstret: Hyp. or. fun. c. 5: ἀπορῶ δὲ πόθεν ἄρξωμαι λέγων ἢ τίνος πρῶτον μνησθῶ et Isocr. XV, 140 ἀπορῶ δ' ὅτι χρήσωμαι τοῖς ὑπολοίποις καὶ τίνος πρώτου μνησθῶ [Cob. utroque loco πρώτου]. Sed cf.

Dem. XVIII, 129: *οὐκ ἀπορῶν δὲ ὅ τι χρὴ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν ἀπορῶ τοῦ πρώτου μνησθῶ.* Tritiora haec sunt, quam ut ex iis quidquam concludi possit; addo de meis, verba quaedam Hyperidea apud Isocratem tantum reperiri: Poll. III, 74 (fr. 236) *δικογράφος*, ut Isocratis citat eodem loco *δικογραφικῶς* et *δικογραφία* est apud Isocr. XV, 2; laudat Suidas ut Hyperidis *νέμειν προστάτην* (fr. 26) cf. Isocr. VIII, 53: *οἵους περ ἂν τοὺς προστάτους νέμωσιν;* Isocrate excepto apud nullum oratorem Atticum[1]) reperitur. Sed nihil inde sequitur. cf. Dion. Halic. de Lys. c. 27: *ἐῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ παρ' ἑτέροις εἰρημένα λαμβάνοντες ὀλίγου δεῖν πάντες οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τίθενται τὸ ἔργον* cf. de Din. c. 1, ad Ammaeum ep. I c. 2; Theon. progymn. rhet. gr. I. 152 W.; Eusebius Pr. Ev. X. 3; schol. ad Demosth. XXIV, 4; Funkhaehnelium in Zimmerm. diurnis a. 1837. Furorem quendam fuisse veterum, ac potissimum peripateticorum, praestantiam oratorum conspicuam ad clarissimorum praeceptorum doctrinam referre saepius temporum ratione neglecta, inter omnes constat. Tradit Dionys. Halic. ad Amm. ep. I c. 1 peripateticum quendam contendere, Demosthenem ex Aristotelis arte rhetorica eloquentiam hausisse et Lucianus enc. Dem. c. 12 eum vel Theophrasti et Xenocratis, Aristotelis et Platonis discipulorum, institutione esse usum. Dionysius Hal. Theopompum *τὸν ἐπιφανέστατον πάντων Ἰσοκράτους μαθητῶν* appellat (ep. ad Gn. Pomp. c. 6); ratione habita judicii de Hyperide prolati vix credemus, Dionysium eum Isocratis discipulum habuisse. Schaeferi sententiam de Demosthene etiam ad Hyperidem pertinere arbitror; ita ut non usus sit disciplina Isocratis, Isocrates tamen fuerit, ad cujus exemplum, ut fere omnes oratores aequales, eloquentiam suam formaverit et instituerit. Quod attinet ad Platonicam institutionem, qua Hyperidem usum esse etiam

[1]) est praeterea ap. Aristot. polit. III. 1, 3. Dion. Halic. antiqu. rom. II. 9.

Chamaeleon tradit (Laërt. Diog. III. 46), vix quidquam tribuendum est huic testimonio cf. Schaef. l. l. I p. 282 sqq.

Priusquam in forum descenderet Hyperides, more illius aetatis mercede pacta aliis orationes componebat, quibus in judiciis uterentur (cf. Ps. Plut. p. 848 E: *τὸ δὲ πρῶτον μισθοῦ δίκας ἔλεγεν* cf. or. pro Eux. c. 38: *ἰδιώτην οὐδένα πώποτε ἐν τῷ βίῳ ἔκρινα, ἤδη δέ τισι καθ' ὅσον ἐδυνάμην ἐβοήθησα*). Hujus generis est oratio pro Lycrophrone a Lycurgo accusato; huc refert Schaeferus l. l. III app. p. 158 orationem *κατὰ Αὐτοκλέους προδοσίας* fortasse in usum Apollodori scriptam. Unam tantum causam Autocli intentam compertam habemus cf. Dem. XXXVI, 53. XXIII, 104 unde Apollodorum Pasionis filium inter accusatores fuisse intelligimus. Ambiguam esse hanc rem concedit Schaeferus; etenim eodem jure dici potest, si Hyperides ipse in accusatorum numero non fuerit, orationem cuidam ex eo numero esse confectam. Ol. 104, 4 (360) perorata est haec oratio (Schaef. l. l. I p. 140. 5). Eidem generi orationum adnumerat Rabius l. l. p. 2 *πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικόν* ,dubitari vix potest, quin in aliena causa habita et in ejus, qui tutores in judicium vocaverit, usum scripta sit, nisi Hyperidi putamus idem fere accidisse, quod Demostheni accidit, ut tutorum vel negligentia vel improbitate aliquod rei familiaris detrimentum ceperit cf. fragm. 194. Ad res publicas primum accessisse videtur, cum Aristophontem Azeniensem accusaret. Quod cur fecerit, comperimus e schol. ad Aesch. I, 64: *κεκωμῴδηται ὁ Ἀριστοφῶν — ὡς στρατηγήσας ἐν Κέῳ καὶ διὰ φιλοχρηματίαν πολλὰ κακὰ ἐργασάμενος τοὺς ἐνοικοῦντας, ἐφ' ᾧ γραφεὶς ὑπὸ Ὑπερείδου παρανόμων ἑάλω.* E Sauppii sententia Aristophon plebisciti auctor fuit, quo permagnam pecuniae vim Cei pendere juberentur, et ipse cum navibus profectus pecuniam illam cum iniquitate exegit, quapropter redux factus ab Hyperide Ceorum precibus permoto accusatus est *παρανόμων*.[1]) In scholiastae verbis mendam inesse lucu-

[1]) Eum etiam de vita privata objurgat cf. fragm. 44; saepius peierasse

lenter apparet; etenim Aristophontem non victum esse intelligimus ex Hyp. pro Eux. c. 38 cf. schol. ad Dem. XVIII, 70: *Ἀριστοφῶν ἀνὴρ πολλάκις μὲν κριθεὶς, οὐδέποτε δὲ καταγνωσθείς;*[1]) admodum probabilis est Meieri conjectura *παρ' ὀλίγον ἑάλω* e superioribus *παρανόμων* falso repetitum esse statuentis; similiter Dem. XXIV, 138: *παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμήσατε.* Dicit Hyperides pro Eux. c. 38: *τίνας οὖν κέκρικα καὶ εἰς ἀγῶνα καθέστακα; Ἀριστοφῶντα τὸν Ἀζηνιέα, ὃς ἰσχυρότατος ἐν τῇ πολιτείᾳ γεγένηται· καὶ οὗτος ἐν τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ παρὰ δύο ψήφους ἀπέφυγε· Διοπείθη τὸν Σφήττιον, ὃς δεινότατος δοκεῖ εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει· Φιλοκράτη τὸν Ἀγνούσιον, ὃς θρασύτατα καὶ ἀσελγέστατα τῇ πολιτείᾳ κέχρηται· τοῦτον εἰσαγγείλας ἐγὼ ὑπὲρ ὧν Φιλίππῳ ὑπηρετήκει κατὰ τῆς πόλεως εἷλον ἐν τῷ δικαστηρίῳ, καὶ τὴν εἰσαγγελίαν ἔγραψα δικαίαν καὶ ὥσπερ ὁ νόμος κελεύει* etc. Schaef. I p. 159. 2, II p. 306 et Aristophontem et Diopeithen per *εἰσαγγελίαν* delatos esse censet; aliter Boehneckius (Dem. Lyc. Hyp. I p. 49. 2) judicat: credere se non posse Hyperidem hac actione usum esse contra Aristophontem, quia tum, cum ageretur causa, parum polleret in republica; tum si ter per *εἰσαγγελίαν* accusavisset, ipse eam usitatiorem fecisset; deinde verba *τοῦτον εἰσαγγείλας ἐγώ*, quibus vim quandam additam esse videri, id sibi velle quod Philocrates tantum, non quos modo commemoravisset,

---

exprobrat fragm. 43 extr.: *φησὶ δ' αὐτὸν Ὑπερείδης καὶ Ἀδρηττὸν ἐπικληθῆναι, διὰ τὸ πολλάκις αὐτόθι ἐπιωρκηκέναι* (schol. ad Aesch. I, 64), nimiam ei opum cupiditatem opprobio dat fragm. 47: nam cum ceterorum opinionem fallere conaris, tu tete frustraris. Non enim probas, [cum] te pro astuto sapientem [appelles], pro confidente fortem, pro illiberali diligentem [rei familiaris], pro malivolo severum. Nullum est enim vitium, quo virtutis laude gloriari possis. (de verbis uncis inclusis cf. Jac. Simonem in philol. XXVII a. 1868 p. 646). Rutil. Lap. I, 4.

[1]) cf. Aesch. III. 194: *ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτε σεμνύεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεὺς λέγων, ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε.*

per *εἰσαγγελίαν* delatus esset. Me quidem haec argumentatio non potest commovere, ut ei adstipuler. Gloriatur Hyperides potentissimum quemque virum se in jus vocasse; non indignatur, quod usitata sit in foro *εἰσαγγελία*, sed quod ad delicta adhibeatur, quae a lege *εἰσαγγελίας* prorsus abhorreant; quod ad verba *τοῦτον εἰσαγγείλας ἐγώ* attinet, accurate perspiciendus est nexus; arte conjungenda sunt cum proximis *ὑπὲρ ὧν Φιλίππῳ ὑπηρετήκει* etc. Cur Aristophontem et Diopeithen accusaverit, non addit orator; e silentio petere licet, causas diversas fuisse ab ea, propter quam in Philocratem instituerit *εἰσαγγελίαν*. Cur de Philocratis causa latius agat, luculenter apparet; ad eum, quia *ῥήτωρ* erat, referri potuit lex *εἰσαγγελίας· ἐάν τις ῥήτωρ ὢν μὴ λέγῃ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τᾷ Ἀθηναίων χρήματα λαμβάνων καὶ δωρεὰς παρὰ τῶν τἀναντία πραττόντων τῷ δήμῳ*' neque vero in Euxenippum. De tempore cf. Kiessl. p. 250: ‚orata est oratio *κατ' Ἀριστοφῶντος*, si recte eam ad bellum sociale rettulimus, eo temporis spatio, quod fere Ol. 105, 3 et Ol. 106, 3 tanquam terminis circumscribitur.' Hoc laudat Rabius p. 3 recte videri eum causam ad bellum sociale rettulisse, quia neque quid Aristophonti postea fuerit in insula negotii divinari posset et jam eo tempore, quo Demosthenes choregiam suscepisset, propter aetatem cura reipublicae eum abstinuisse constaret.' Ps. Plut. p. 844 D: *Ἀριστοφῶντος δὲ ἤδη τὴν προστασίαν διὰ γῆρας καταλιπόντος καὶ χορηγὸς ἐγένετο* (sc. Demosth.). De Aristophonte cf. A. Schaef. in philol. I p. 188—224; de Dem. ejusque aet. II p. 422. 1. Diopeithen eundem esse censet, quem Dem. XVIII, 70 commemorat cf. schol. ad l. l. *τρίτος δὲ ὁ Διοπείθης ὁ περὶ τὴν Θρᾴκην λυπήσας τὸν Φίλιππον, περὶ οὗ ἀγωνίζεται ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς.*

Hyperides, postquam virum in foro et judiciis versatissimum Aristophontem detulit ac paene vicit lite instituta, nomen consecutus est et viam sibi patefecit ad res publicas administrandas.

Tradit Ps. Plutarchus p. 848 F Hyperidem pro se suoque filio duas triremes civitati donasse [*Φιλίππου δὲ πλεῖν ἐπ' Εὐβοίας παρασκευασμένου καὶ τῶν Ἀθηναίων εὐλαβῶς ἐχόντων μ' τριήρεις ἤθροισεν ἐξ ἐπιδόσεως καὶ πρῶτος ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς ἐπέδωκε β' τριήρεις*] et trierarchum fuisse in expeditione Byzantia cf. Ps. Plut. p. 848 E: *τριήραρχός τε αἱρεθεὶς ὅτε Βυζάντιον ἐπολιόρκει Φίλιππος, βοηθὸς Βυζαντίοις ἐκπεμφθεὶς κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον* i. e. Ol. 110, 1 cf. Boeckh. de inscr. naval. p. 189 sqq. XIII C: *ἐπὶ Θεοφράστου ἄρχοντος τῶν μετὰ Φωκίωνος καὶ Κηφισοφῶντος πλευσασῶν ἐπιδόσιμος τριήρης Ἀνδρεία Ἀλκαίου ἔργον, τριήραρχος Ὑπερείδης* etc. Discrepant inter se Boeckhius l. l. Westermannum secutus (hist. eloquent. I p. 121 et in ed. Ps. Plut. vitt. X oratt. p. 86) et Schaeferus l. l. II 463. 1 de expeditione qua haec *ἐπίδοσις* facta sit; quapropter mihi necesse esse videtur, ut accurate in expeditiones Euboicas inquiram. Ter Athenienses in Euboeam auxilii ferendi causa navigaverunt, primum Cephisodoto archonte Ol. 105, 3.[1]) Euboeenses enim discidiis exortis alii Athenienses, alii Thebanos ut opitularentur rogaverunt, celeriter opem tulerunt Athenienses. Demosthenes trierarchus fuit, VIII talenta et triremem largitus est (Dem. XVIII, 99. XXI, 161. Ps. Plut. 850 F). Jam post XXX dies proelio magno non commisso pax composita est cum Thebanis Diocle auctore.

Alteram expeditionem silentio praetermisit Diodorus Sic.; Plutarchus vit. Phoc. c. 12 sqq. commemorat proelium Tamy-

[1]) Diod. Sic. XVI, 6: *ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνῃσι Κηφισοδότου* etc. c. 7. *ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, οἱ τὴν Εὔβοιαν κατοικοῦντες ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους καὶ τῶν μὲν τοὺς Βοιωτούς, τῶν δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐπικαλεσαμένων, συνέστη πόλεμος κατὰ τὴν Εὔβοιαν* etc. Aesch. III, 85: *ἐπειδὴ διέβησαν εἰς Εὔβοιαν Θηβαῖοι καταδουλώσασθαι τὰς πόλεις πειρώμενοι, ἐν πέντ' ἡμέραις ἐβοηθήσατ' αὐτοῖς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῇ δυνάμει καὶ πρὶν τριάκονθ' ἡμέρας διελθεῖν ὑποσπόνδους Θηβαίους ἀφήκατε* etc. Dem. XXII, 14: *ἴσθ' ὅτι πρώην Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε* etc. cf. XVIII, 99. XXI, 174.

nense, Plutarchum Eretriensem expulsum (cf. Schaef. l. l. II p. 78. 3), Zaretra expugnata, tum statim Perinthi et Byzantii urbium a Philippo obsessarum mentionem facit.

Plutarchus[1]) Eretriae tyrannus, cum seditio exorta esset, Athenas misit, qui auxilium peterent; quamquam Demosthenes contradixit ne ignobile illud et sumptuosum bellum susciperetur dissuadens, tamen auxilium latum est. Hyperides *τεσσαράκοντα τριήρεις ἤθροισεν ἐξ ἐπιδόσεως* (Ps. Plut. p. 849 F). Demosthenes, Midias, alii in instruendo hujus expeditionis apparatu largiti sunt (Dem. XXI, 161). Cum reliqui Tamynas profecti sint, Boeotum Demosthenes dicit Choas agentem Athenis remansisse (Dem. XXXIX, 16), profectus est igitur exercitus ante XII. Anthest. i. e. ultimis diebus mens. Februar. a. 350. (cf. C. Fr. Hermanni antiqq. sacr. §. 58, 17) ducibus Phocione et Hegesileo. Post victoriam apud Tamynas reportatam Euboeenses ne in Atheniensium potestatem devenirent metuentes ab eis defecerunt auctore, ut videtur, Hegesileo.[2]) De exitu belli non meum est longius disserere.

Tertia expeditio facta est Ol. 109, 4, ut infra demonstrabitur. Cum Philistides, qui a Parmenione sustentatus Orei summam imperii tenebat et Clitarchus, quem cum Hipparcho atque Automedonte Philippus Eretriae tyrannos imposuerat[3]), opprimerent Chalcidenses, Demosthenes Atheni-

---

[1]) schol. ad Dem. V, 5: *Πλούταρχος ἦν Ἐρετρίας τύραννος. τούτῳ ἐπανέστη Κλείταρχος καὶ ἅμα καὶ οἱ πολῖται συνεπέθεντο. ἔπεμψε πρὸς Ἀθηναίους συμμαχίαν αὐτῶν. ἀντεῖπε Δημοσθένης. μὴ πεισθέντες ἀπέστειλαν* cf. schol. ad XXI, 100.

[2]) schol. ad Dem. XXI, 110. *ὑποπτεύσαντες οὖν οἱ Εὐβοεῖς ἐπὶ καταδουλώσει τῆς νήσου βεβοηθηκέναι καὶ οὐ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς φιλίαν, ἀπέστησαν.* schol. ad Dem. XIX, 290: *οὗτος εἰς Εὔβοιαν ἐπεστρατήγησεν, ὅτε τῷ Πλουτάρχῳ τὴν βοήθειαν ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι, ὡς εἶπεν ἐν Φιλιππικοῖς. ἐκρίθη δὲ ὡς συνεξαπατήσας τῷ Πλουτάρχῳ τὸν δῆμον.*

[3]) Dem. IX, 58. 59: *τρεῖς κατέστησε τυράννους Ἵππαρχον, Αὐτομέδοντα, Κλείταρχον· καὶ μετὰ ταῦτ' ἐξελήλακεν ἐκ τῆς χώρας δὶς ἤδη βου-*

ensibus persuasit, ut expellerent tyrannos, eorum legatis, quos Aeschines hospitaliter exceperat[1]), repudiatis. Cum Chalcidensibus et Megarensibus conjuncti Oreum[2]) profecti sunt Cephisophonte duce, Philistidem occiderunt, Phocione duce Clitarchum devicerunt. De tertia expeditione Diodorus Sic. XVI, 74 hoc tantum tradit: *ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽Ἀθήνησι Νικομάχου—ἐπὶ δὲ τούτων Φωκίων μὲν ὁ Ἀθηναῖος κατεπολέμησε Κλείταρχον τὸν Ἐρετρίας τύραννον, καθεσταμένον ὑπὸ Φιλίππου* statimque Perinthi obsessionem subjungit.

Schaeferus ad tertiam expeditionem Euboicam Hyperidis largitionem refert. Dicit Boeckhius de inscr. nav. p. 190, cum Hyperides trierarchus fuerit Phocione duce, cogitari posse, eum expeditionis Euboicae tertiae, postea Byzantiae participem fuisse; quod si ita sit, Euboicam illam expeditionem non Ol. 109, 4, ut tradat Diodorus, sed Ol. 110, 1 factam esse. Laudat hoc Schaeferus; sed modo vidimus,

---

λομένους σώζεσθαι, τότε μὲν πέμψας τοὺς μετ᾽ Εὐρυλόχου ξένους, πάλιν δὲ τοὺς μετὰ Παρμενίωνος. καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; ἀλλ᾽ ἐν Ὠρεῷ Φιλιστίδης μὲν ἔπραττε Φιλίππῳ etc. cf. Dem. XVIII, 71. 81.

[1]) Dem. XVIII, 82: *οἱ γὰρ παρὰ τοῦ Κλειτάρχου καὶ τοῦ Φιλιστίδου τότε πρέσβεις δεῦρ᾽ ἀφικνούμενοι παρὰ σοὶ κατέλυον, Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν* etc. cf. Stechowi diss. de vit. Aesch. p. 71 sqq.

[2]) schol. ad Aesch. III, 85. 86: *οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ (Μνησάρχου) Καλλίας καὶ Ταυροσθένης, μετὰ Κηφισοφῶντος τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως στρατεύσαντες ἐπ᾽ Ὠρεὸν Φιλιστίδην τὸν τύραννον ἀπέκτειναν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Λεξίππου* (immo *Νικομάχου* Schulzius) *μηνὶ Σκιροφοριῶνι Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος ιθ᾽* i. e. Ol. 109, 3; hoc autem anno non Nicomachus, sed Sosigenes archon fuit cf. C. Fr. Hermanni antiqq. I. p. 576. Nicomachus proximo anno hoc munere functus est cf. schol. ad §. 103: *ἐπὶ ἄρχοντος Νικομάχου Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος εἰκοστὸν Ἀθηναῖοι στρατεύσαντες εἰς Εὔβοιαν Φωκίωνος στρατηγοῦντος τόν τε τύραννον τῶν Ἐρετριέων Κλείταρχον ἀπέκτειναν καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ἐρετριεῦσι παρέδωκαν καὶ δημοκρατίαν κατέστησαν.* Charax. chron. fr. 31: (Aristoph. Byz. s. v. Ὠρεός) *Ἀθηναῖοι ἅμα Χαλκιδεῦσι τοῖς ἐν Εὐβοίᾳ καὶ Μεγαρεῦσι στρατεύσαντες εἰς Ὠρεὸν Φιλιστίδην τὸν τύραννον ἀπέκτειναν καὶ Ὠρείτας ἠλευθέρωσαν.*

praeter Diodorum etiam scholiastam Aeschinis bis hujus expeditionis facere mentionem Diodorique confirmare sententiam. Praeterea ad instruendum tertiae expeditionis apparatum *ἐπιδόσεις* factas esse compertum non habemus, ad alterius factas esse docet Dem. XXI, 161: (cf. Boeckh. de oec. Ath. I 732 sqq., de inscr. nav. p. 189 sq.) *ἐγένοντ' εἰς Εὔβοιαν ἐπιδόσεις παρ' ὑμῖν· τούτων οὐκ ἦν Μειδίας, ἀλλ' ἐγώ, καὶ συντριήραρχος ἦν μοι Φιλῖνος ὁ Νικοστράτου. ἕτεραι δεύτεραι μετὰ ταῦτα εἰς Ὄλυνθον· οὐδὲ τούτων ἦν Μειδίας. τρίται νῦν αὖται γεγόνασιν ἐπιδόσεις· ἐνταῦθα ἐπέδωκε*, tum demum, cum ad Tamynas obsideretur exercitus Atheniensis. Profert Schaeferus, alteram expeditionem Euboicam non susceptam esse propter Philippum, qui Phocensi bello finito demum Ol. 108, 2 (346) rebus Euboicis sese immiscuerit (Dem. XIX, 83. 87. 204), auctores fuisse Eubulum ejusque socios; neque tamen possum facere, quin eum quodammodo affinem fuisse censeam turbandis tunc Euboeensium rebus. Litteras dedit ad Euboeenses, in quibus haec scripta erant e sententia scholiastae ‚ne quid sperarent auxilii e societate Atheniensium, qui se ipsos non possent servare cf. schol. ad Dem. IV, 37: *ὁ σκοπὸς τῆς ἐπιστολῆς ἐστιν οὗτος· ὁ Φίλιππος ἐπέστειλεν Εὐβοιεῦσι συμβουλεύων μὴ δεῖν ἐλπίζειν εἰς τὴν Ἀθηναίων συμμαχίαν, οἳ οὐδὲ αὑτοὺς δύνανται σώζειν.* cf. Voemeli proleg. in Dem, IV et I §. 21 p. 77 sq. De Callia dicit Aeschines III, 87: *συναγείρας ἐξ ἁπάσης τῆς Εὐβοίας στρατόπεδον καὶ παρὰ Φιλίππου δύναμιν προσμεταπεμψάμενος;* utrumque ab Aeschine fictum esse contendit Schaeferus, fuisse tum Chalcidenses in amicitia cum Atheniensibus, sed cf. quod §. 86 dicit Aeschines: *ἀλλ' ἐπειδὴ διέβητ' εἰς Εὔβοιαν Πλουτάρχῳ βοηθήσοντες, τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ἀλλ' οὖν προσεποιοῦνθ' ὑμῖν εἶναι φίλοι, ἐπειδὴ δὲ τάχιστ' εἰς Ταμύνας παρήλθομεν καὶ τὸ Κοτύλαιον ὀνομαζόμενον ὄρος ὑπερεβάλλομεν, ἐνταῦθα Καλλίας ὁ Χαλκιδεὺς, ὃν Δημοσθένης, μισθὸν λαβὼν ἐνεκωμίαζεν, ὁρῶν τὸ στρατόπεδον τὸ τῆς πόλεως*

εἴς τινας δυσχωρίας κατακεκλημένον, ὅθεν μὴ νικήσασι μάχην οὐκ ἦν ἀναχώρησις οὐδὲ βοηθείας ἐλπὶς οὔτ' ἐκ γῆς οὔτ' ἐκ θαλάττης συναγείρας ἐξ ἁπάσης τῆς Εὐβοίας etc. schol. ad Dem. XXI, 110: *ὑποπτεύσαντες οὖν οἱ Εὐβοεῖς ἐπὶ καταδουλώσει τῆς νήσου βεβοηθηκέναι καὶ οὐ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς φιλίαν ἀπέστησαν.* Ipse concedit, non abhorrere a veri similitudine, arma sumpsisse Euboeenses indignatos, quod cum tyrannis societatem inierint Athenienses, et Taurosthenem Phocenses mercennarios arcessivisse, quod scholiasta tradit Aesch. III, 86: *τούτῳ* (*Πλουτάρχῳ*) *Κλείταρχος φυγὰς ὢν ἐξ Ἐρετρίας ἐπολέμει καὶ λαβὼν παρὰ Φαλαίκου τοῦ Φωκέων τυράννου ἐστράτευσεν ἐπὶ τὸν Πλούταρχον* cf. Din. I. 44: *ἢ τὸ Ταυροσθένην Ἀθηναῖον εἶναι τοὺς μὲν αὑτοῦ πολίτας καταδουλωσάμενον, τῆς δ' Εὐβοίας ὅλης μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Καλλίου προδότην Φιλίππῳ γεγενημένον;* Mihi quidem videtur seditio illa Philippi ope facta et pecunia paucisque copiis missis clam sustentata; quod cur fecerit, facile est intellectu. Eodem tempore, quo in Euboeam copias auxiliares miserant Athenienses, etiam Olynthiis navibus et equitibus auxilium tulerunt; equites illi in Euboea fuerant, inde Olynthum transiecerunt cf. Dem. XXI, 197. Schaef. l. l. II p. 74. Intererat igitur Philippi, ut Athenienses in Euboea occupatos detineret, ne plures copias auxilio mitterent Olynthiis, id quod sustentata seditione Euboica facillime impetrare potuit. Quae cum ita sint, cum iis facio, qui ad alteram expeditionem Euboicam Hyperidis *ἐπιδόσεις* referant; quam tum largitus est triremem, ea usus est, cum in expeditione Byzantia trierarchi munere fungeretur cf. Boeckh. de inscr. nav. p. 191.

Subsequuntur anni nonnulli, quibus quid fecerit Hyperides ignoramus. Ol. 108, 2 (346) constituta est pax cum Philippo, quae Philocratea nominatur;[1]) quae cum duris et re publica indignis condicionibus facta esse videretur Demostheni

[1]) cf. Theoph. Elspergeri comm. de pace Philocratea Onold. 1838.

ejusque sociis, vehementer ejus auctores persecuti sunt.[1]) Philocratem per *εἰσαγγελίαν* detulit Hyperides *ἑήτορα ὄντα λέγειν μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων χρήματα λαμβάνοντα καὶ δωρεὰς παρὰ τῶν τἀναντία πραττόντων τῷ δήμῳ* cf. or. pro Eux. c. 39. Is enim haud dubie corruptus a Philippo rogationem tulerat, ut Phocenses et Halenses ex sociorum Atheniensium numero excluderentur et ab omni pacis communione removerentur.[2]) Instituit hanc litem Hyperides, antequam Demosthenes orationem *περὶ τῆς παραπρεσβείας* peroravit cf. §. 116: *ἴστε δήπου πρῴην, ὅτ' εἰσήγγειλεν Ὑπερείδης Φιλοκράτῃ* etc. cf. Schaef. l. l. II p. 344, 2. Philocrates de prospero eventu desperans sponte sua in exilium abiit.

Non inepte conjecit Boehneckius quaest. att. I p. 296., Hyperidem, postquam viro illi audaci ac protervo litem intendit eamque obtinuit, Atheniensium oculos in se convertisse, ita ut in causa Deliaca creatus sit Aeschine repudiato. In censu civium Archia archonte Ol. 108, 3 habito expunctus erat Antiphon quidam e tabulis; ad Philippum profectus, ut Athenienses ulcisceretur, ei promisit, Athenarum navalia se accensurum esse. Demosthenes eum in Piraeeum comprehensum in contionem[3]) produxit; ut dimitteretur,

---

[1]) cf. Dem. VI, 28—37. XIX, 207: *ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ὁσάκις λόγος γέγονε περὶ τούτων καὶ κατηγοροῦντος ἀκούετέ μου καὶ ἐλέγχοντος ἀεὶ τούτους* (Philocratem et Aeschinem) *καὶ λέγοντος ἄντικρυς ὅτι χρήματ' εἰλήφασι καὶ πάντα πεπράκασι τὰ πράγματα τῆς πόλεως καὶ τούτων οὐδεὶς πώποτ' ἀκούων ταῦτ' ἀντεῖπεν οὐδὲ διῆρε τὸ στόμα οὐδ' ἔδειξεν ἑαυτόν* etc.

[2]) Dem. XIX, 159: *τήν τε γὰρ εἰρήνην οὐχὶ δυνηθέντων ὡς ἐπεχείρησαν οὗτοι πλὴν Ἁλέων καὶ Φωκέων γράψαι, ἀλλ' ἀναγκασθέντος ὑφ' ὑμῶν τοῦ Φιλοκράτους ταῦτα μὲν ἀπαλεῖψαι, γράψαι δ' ἄντικρυς Ἀθηναίους καὶ τοὺς Ἀθηναίων συμμάχους.* etc.

[3]) Schaef. l. l. II p. 346 sqq. Dem. XVIII, 132: *τίς γὰρ ὑμῶν οὐκ οἶδε τὸν ἀποψηφισθέντα Ἀντιφῶντα, ὃς ἐπαγγειλάμενος Φιλίππῳ τὰ νεώρια ἐμπρήσειν εἰς τὴν πόλιν ἦλθεν, ὃν λαβόντος ἐμοῦ κεκρυμμένον ἐν Πειραιεῖ καὶ καταστήσαντος εἰς τὴν ἐκκλησίαν βοῶν ὁ βάσκανος οὗτος καὶ κεκραγώς* etc. cf. schol. ad h. l. Dem. XIX, 209 sq. Suidas s. v. *ἀποψηφισθέντα.*

perfecit Aeschines neque tamen poenam effugit; senatus enim Areopagiticus re intellecta comprehendit hominem mortique addixit. De tempore, quo hoc factum sit cf. Droysenum in diar. stud. antiqq. a. 1839 p. 719. 817.

Erat lis inveterata inter Athenienses et Delios, utris reditus fierent propriumque esset templum Apollinis Delii; recepto Philippo in Amphictyonum numerum Phocensi bello finito ad foederis socios judicium detulerunt Delii sperantes fore ut Philippus, e cujus voluntate totum pendere haud ignorabant, sibi adjudicaret templum. Hac de causa Aeschines, quem summo honore apud regem esse haud ignotum erat, electus est a populo Atheniensi, sed rejectus paullo post ab Areopagitis, seu quod offenderent in auxilio ab eo Antiphonti lato (cf. Philostr. vitt. soph. I. 18, 4) — quamquam inter utramque rem temporis aliquid interfuit — seu quod eum regis favorem pluris facturum esse censerent, quam populi voluntatem. Id unum constat, legatum esse Hyperidem et quamquam de eventu orationis nihil traditum est, tamen coniici potest, eam non caruisse felici eventu, cum Ol. 111, 2 Delii templi dominos fuisse Athenienses appareat e. C. J. gr. ed. Boeckh. n. 159, si modo haec inscriptio Euaeneto archonte facta est. cf. Boeckh. act. acad. Berol. a. 1834 p. 20.

Eidem fere tempori vel paullo superiori tribuenda est Hyperidis oratio *πρὸς Θασίους* cf. Kiessl. l. l. p. 216 sq. Schaef. l. l. I p. 135. 6. Disceptabant Thasii et Maronitae de Stryme oppido, Thasiorum colonia, et Athenienses una cum Thasiis repentino impetu hoc oppido potiri studuerunt, sed vano conatu hoc aggressi sunt. Jure vituperat Boeckh. act. acad. Berol. a. 1832, quod Athenienses, qui paullo ante

---

Din. I, 64. Plut. Dem. c. 14. Boeckh. act. acad. Berol. a. 1832 p. 21, a. 1834 p. 12 sqq. Antiphonte non commemorato repudiatum esse Aeschinem narrant Apollonius prooem. in Aesch. p. 14, Ps. Plut. 840 E 850 A, Phot. cod. 266. De Aeschinis oratione Deliaca cf. Boeckh. act. acad. Berol. a. 1834; eam editam, licet non oratam esse contendit Vaterus in Jahn. annal. a. 1850 p. 100 sqq.

classe Maronitas defenderant, subito causa non data in hostium partes abierint (Dem. L, 18 sqq.). E Kiesslingi sententia missus est Hyperides, qui Thasios reconciliaret cum Maronitis. Contentionem compositam esse ante Ol. 109, 2 apparet ex epistola Philippi [Dem.] XII, 17: *καὶ λογίζεσθ' ὡς ἄλογόν ἐστιν Ἀθηναίους Θασίους μὲν καὶ Μαρωνείτας ἀναγκάσαι περὶ Στρύμης διακριθῆναι λόγοις, αὐτοὺς δὲ πρὸς ἐμὲ μὴ διαλύσασθαι περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν* etc.

Apparet tum maxima floruisse Hyperidem auctoritate summaque gratia populari fuisse, cum tam gravibus legationibus dignus esse haberetur. Cum fere eodem tempore novae discordiae exortae essent inter Athenienses et Philippum cum propter ancipites quasdam pacis condiciones, tum quod de integro fraudibus a rege se peti intelligerent Athenienses, Demosthenes Polyeuctos Hegesippus alii ad varias Peloponnesi civitates legati abierunt (Dem. IX, 71. 72), ut eas ad societatem ineundam commoverent, neque abhorret a veri similitudine, quod Boehneckius proponit (quaest. Att. I p. 461, 3), Hyperidem tum ad Chios et Rhodios profectum ibi orationes Chiacam et Rhodiacam perorasse eosque permovisse, ut Atheniensibus sese adjungerent. Quamquam incerta est haec conjectura, quod jure monet Sauppius, cum orationes illae etiam temporibus pugnam Chaeronensem insecutis accommodatae sint, tamen adstipulor Boehneckio hac de causa, quod tum Chiorum et Rhodiorum classes una cum Atheniensi auxilium tulerunt Byzantiis.[1]) Certum est

[1]) Frontin. strateg. I. 4, 13: idem (Philippus) cum Cherronesum, quae juris Atheniensium erat, occupare prohiberetur, tenentibus transitum non Byzantiorum tantum, sed Rhodiorum quoque et Chiorum navibus, conciliavit animos eorum reddendo naves, quas ceperat, quasi sequestres futuras ordinandae pacis inter se atque Byzantios, qui causa belli erant; tractaque per magnum tempus postulatione, cum industria subinde aliquid in condicionibus retexeret, classem per idem tempus praeparavit eaque in angustias freti imperato hoste subitus evasit cf. praeterea, quae Dem. IX, 71 post verba *ἐκπέμπωμεν πρέσβεις* a m. rec. in marg. *Σ* adscripta sint:

paullo post Hyperidem, cum Byzantii a Philippo obsessi auxilium peterent ab Atheniensibus, trierarchi munere functum esse et eodem anno, quamquam trierarchi per duo proximos annos exempti erant liturgiis, choregiam praestitisse in magnis Dionysiis *τῶν ἄλλων λειτουργίας πάσης ἀφειμένων* Ps. Plut. 848 E.[1]) Philippus indignatus, quod Byzantium urbem fortiter ab Atheniensibus eorumque sociis adjutam obsidione capere non potuit, vehementer occasionem exspectavit poenam ab Atheniensibus repetendi. Hac in re adjutus est ab amicis; Aeschines fuit, qui turpiter ficto pietatis religionisque studio bellum contra Amphissenses, quod agrum Cirrhaeum Solonis aetate Delphico templo dedicatum colerent, conflavit et ad Philippum imperium detulit. Thermopylas transiit Philippus, vicit exercitum, quem auxilio miserant Athenienses, Amphissam urbem expugnavit. Philippum hoc bellum suscepisse non ut jussui Amphictyonum obsequeretur, sed ut libertatem opprimeret Graecorum, apparet ex eo, quod Elateam occupavit. Quod cum Athenas nuntiatum esset, summa fuit consternatio cf. Dem. XVIII, 169 sqq. Diod. XVI. 84 sq.[2]) Postquam Demosthenis arte et eloquentia Thebani quid usui esset edocti rejectis prioribus inimicitiis societatem inierunt cum Atheniensibus et bis feliciter pugnatum est (Dem. XVIII, 216) rogationem ad populum tulit Hyperides, ut ei corona

---

πανταχοῦ, εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ῥόδον, εἰς Χίον, ὡς βασιλέα λέγω etc. [Dem.] XII, 6: *χωρὶς τοίνυν εἰς τοῦτο παρανομίας ἀφῖχθε καὶ δυσμενείας ὥστε καὶ πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεστάλκατε* etc. Aesch. III, 238 cf. Schaef. l. l. II p. 451 legati a rege Persarum nihil impetraverunt, negavit ille argentarium auxilium daturum se esse; aliter Ps. Plut. 847 F 848 E.

[1]) cf. C. Fr. Hermanni antiqq. I. §. 162, 16. Boeckh. de inscr. nav. p. 175 Schaef. l. l. II p. 481. 1 monet etiam de choro Thargeliis ducendo cogitari posse.

[2]) Quod Apsines narrat Hyperide rogante summam reipublicae commissam esse Demostheni, id nihili faciendum est. rhet. gr. IX. 468 W: *Ὑπερείδης γράψας ἔπεισε μόνῳ χρῆσθαι συμβούλῳ Δημοσθένει, ἐν Ἐλατείᾳ ὄντος Φιλίππου, εἶτα γράφει καὶ φρουρὰν αὐτῷ διδόναι.*

aurea decerneretur magnis Panathenaeis (Hecatomb. Ol. 110, 3 d. tert. mens. Aug. 338); intercessit quidem Diondas, sed *παρανόμων* accusatus ab Hyperide quintam suffragiorum partem non tulit. cf. Dem. XVIII, 222. Ps. Plut. 846 A 848 E.

Sed mox vertit belli fortuna; apud Chaeroneam (VII. d. Metageitn.) profligati prostratique sunt Athenienses eorumque socii; admodum vere dicit Lycurgus c. Leocr. 50: *ἅμα γὰρ οὗτοί τε τὸν βίον μετήλλαξαν καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς δουλείαν μετέπεσεν· συνετάφη γὰρ τοῖς τούτων σώμασιν ἡ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερία* cf. Justin. IX. 3. Demosthenes interfuit quidem proelio, sed nullam inde tulit laudem; quod non interfuerint Hyperides et Lycurgus, irridentur a Luciano paras. 42: *καὶ Ὑπερείδης μὲν καὶ Λυκοῦργος οὐδ' ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐτόλμησαν μικρὸν ἔξω παρακύψαι τῶν πυλῶν, ἀλλ' ἐντειχίδιοι κάθηντο παρ' αὐτοῖς ἤδη πολιορκούμενοι γνωμίδια καὶ προβουλεύματα συντιθέντες* cf. Lyc. in Leocr. 37. Sed nihili faciendum est hoc opprobrium; domi remanserunt hic, quod redituum publicorum administrator, ille, quod senator erat (Schaef. l. l. II p. 531), praeterea ‚clade nuntiata Hyperides nequaquam communem salutem desperavit' cf. Rabii comment. p. 6. Psephisma, quod tunc tulit Hyperides, omnium quaecunque pro re publica et dixit et fecit, cum gloriosissimum, tum prudentissimum non immerito est judicatum; suasit enim, quae vetita quidem multis legibus, sed necessaria erant et optime conveniebant temporibus. Rogationis illius partes diversis locis dispersas diligenter composuerunt viri docti:[1]) *τὴν βουλὴν τοὺς πεντα-*

[1]) Kiessl. l. l. p. 190 sqq., Blumius exc. I ed. Lyc. or. in Leocr. p. XVII sqq., Boehn. quaest. Att. I p. 544 sqq., Saupp. or. Att. II p. 280—282, Schaef. l. l. III, 9 sq. cf. similem Themistoclis rogationem ap. Andoc. I. 107: *ὕστερον δὲ ἡνίκα βασιλεὺς ἐπεστράτευσεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, γνόντες τῶν συμφορῶν τῶν ἐπιουσῶν τὸ μέγεθος καὶ τὴν παρασκευὴν τοῦ βασιλέως ἔγνωσαν τούς τε φεύγοντας καταδέξασθαι καὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιῆσαι καὶ κοινὴν τήν τε σωτηρίαν καὶ τοὺς κινδύνους ποιήσασθαι* cf. §. 73 et Scheibii comment. de convers. rerum public.-oligarchicis p. 36. diar. stud. antiqq. a. 1842 p. 201 sqq.

κοσίους καταβαίνειν εἰς Πειραιᾶ χρηματιοῦσαν περὶ φυλακῆς τοῦ Πειραιέως ἐν τοῖς ὅπλοις ἔδοξε καὶ πράττειν διεσκευασμένην ὅ τι ἂν δοκῇ τῷ δήμῳ συμφέρον εἶναι (Lyc. in Leocr. 37) *ἡνίχ' ὁρᾶν ἦν τὸν δῆμον ψηφισάμενον τοὺς μὲν δούλους ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους Ἀθηναίους, τοὺς δ' ἀτίμους ἐπιτίμους* (ejusdem or. §. 41 cf. [Dem.] XXVI, 11. Syrianum ad Hermog. W. IX. 707. Dion. Chrysost. XV. 21 p. 542 R. condicionem, qua hoc faciendum esse proposuit, affert *εἰ προΐβη ὁ πόλεμος* etc.) — *παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὰ χρήματα τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀποθέσθαι* (Ps. Plut. 848 F. Hyp. fragm. 36.) Praeterea ab incolis Andri Cei Troezenis Epidauri auxilium petierunt Athenienses cf. Lyc. in Leocr. 42. Din. I, 80 neque displicet Boehneckii conjectura (quaest. Att. I p. 664), tum Hyperidem Cythnum insulam adisse ibique *Κυθνιακὴν* orationem perorasse. Tanta fortitudo, tantus patriae amor admirationem et metum concitavit Philippi victoris; itaque prudenti usus moderatione lenes Graecis, exceptis Thebanis,[1]) proposuit pacis condiciones, ne Graecorum animos prorsus a se abalienaret ac potissimum ne Athenienses ad summam desperationem adducti in bello perseverarent. Hyperidem propter celeberrimum hoc psephisma *παρανόμων* accusavit Aristogiton, nefarius iste sycophanta, sed inferior descessit; confessus est Hyperides leges se violasse, sed excusationem sumpsit e periculosa reipublicae condicione, qua non quid per leges liceret respexerit, sed unde auxilium et salus veniret; tenebras oculis suis offudisse arma Macedonum et acceptam apud Chaeroneam cladem hanc rogationem scripsisse, dixisse fertur cf. fragm. 30. 31. Pace lenibus condicionibus composita eorum plurimum valuit auctoritas, qui partes sequerentur Philippi ac potissimum Demadis *ἅρτι πεποιηκότος τὴν εἰρήνην* (Dem. XVIII, 285); quid? quod ausus est is rogare, ut Euthycrates, cui propter Olynthum proditam infamia illata erat, *ἐπιτιμίας*

[1]) Justin. IX. 4. Diod. Sic. XVI. 87.

et *προξενίας* honore ornaretur. Sed exstitit acerrimus hujus decreti impugnator Hyperides; *παρανόμων* eum accusavit, aliud decretum protulit, quo acerba cavillatione[1]) ea congesserat, quae ab Euthycrate in rempublicam Atheniensium commissa essent cf. fr. 79. Concludi potest e fragm. 80: *Ἀλκίμαχον καὶ Ἀντίπατρον Ἀθηναίους καὶ προξένους ἐποιησάμεθα*, fere eodem tempore vel paullo posteriore Demadem hanc rogationem tulisse, quo Antipater et Alcimachus civitate et *προξενίᾳ* donati sunt; ante mortem regis peroratam esse orationem Hyperideam apparet e fragm. 79: *ὅτι τὰ Φιλίππῳ συμφέροντα καὶ πράττει καὶ λέγει.* Videntur Hyperides et Lycurgus conjunctim Demadem accusavisse. (Saupp. or. Att. II p. 262).

Per idem tempus Philippus omnium civitatum legatos Corinthum evocavit, ut ibi pacis lex universae Graeciae (*συνθῆκαι περὶ τῆς κοινῆς εἰρήνης*) constitueretur; soli Lacedaemonii legatos non miserunt, ut Justini verbis utar (IX. 5) ‚servitutem, non pacem rati, quae non ipsis civitatibus conveniret, sed a victore ferretur.' Decretum est, ut terra marique Graecorum imperator esset (Polyb. IX. 33: *ὡς εὐεργέτην ὄντα τῆς Ἑλλάδος καὶ κατὰ γῆν αὐτὸν* (sc. Philippum) *ἡγεμόνα καὶ κατὰ θάλατταν εἵλοντο πάντες* cf. Diod. Sic. XVI. 91 Plut. vit. Demetrii c. 25 Schaef. l. l. III p. 51. 3) et Graeci una cum eo contra Persas bellarent ad ultionem ab iis exigendam propter ea, quae in ipsos impie fecissent, cf. Cic. de rep. III c. 9, de vera expeditionis causa Polybius exposuit III. 6, 12. Tradit Syrianus rh. gr. W. VI p. 708: *πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους βασιλεὺς καὶ Φίλιππος. ἦκον πρέσβεις παρ' ἑκατέρου περὶ συμμαχίας καὶ Δημοσθένης μὲν βασιλεῖ συμμαχεῖν κελεύει, Αἰσχίνης δὲ Φιλίππῳ· τριπλῆ δὲ οὔτως· ἀποφαινομένων περὶ συμμαχίας*

[1]) Plut. praec. rep. ger. c. 14: *αἱ δὲ λοιδορίαι τοῖς πολιτικοῖς ἥκιστα πρέπουσιν. ὅρα δὲ τὰ πρὸς Αἰσχίνην ὑπὸ Δημοσθένους εἰρημένα καὶ τὰ πρὸς τοῦτον ὑπ' Αἰσχίνου καὶ πάλιν ἃ πρὸς Δημάδην γέγραφεν Ὑπερείδης.*

ἑκατέρων γνώμας Ὑπερείδης γράφει μηδ' ἑτέρῳ συμμαχεῖν. ‚Quam narratiunculam rhetoris commentum esse' arbitratur Rabius l. l. p. 8; fortasse Syrianus falso ad Philippi tempora rettulit, quod ad Alexandri primordia regni referendum est cf. Schaef. l. l. III p. 106. 2 Justin. XI. 2: nuntiatur (Alexandro) Athenienses et Lacedaemonios ab eo ad Persas defecisse auctoremque ejus defectionis magno auro a Persis corruptum Demosthenem oratorem exstitisse. Aesch. III, 239 sqq. 156.

Subito nuntius perlatus est Athenas Aegis interfectum esse Philippum et cum paullo post etiam Alexandrum in proelio Illyrico cecidisse[1]) rumor increbresceret, Thebani seditionem fecerunt Cadmeamque oppugnaverunt; permultae civitates auxilia miserunt. Sed superstitem esse Alexandrum, mox testis fuit miserrima Thebarum destructio, qua tantus totam Graeciam invasit terror, ut copiae singularum civitatum statim domum redirent. Ab Atheniensibus postulavit rex, ut oratores et duces, quorum fiducia tam saepe rebellassent, sibi dederentur cf. Justin. XI. 4, 10. De horum numero et nominibus jam veteres scriptores non consentiunt. Idomeneus et Duris Plutarcho teste (vit. Dem. c. 23) decem postulasse regem tradiderunt, idem vit. Phoc. c. 9: *δέκα τῶν πολιτῶν ἐξαιτοῦντος Ἀλεξάνδρου* cf. Diod. Sic. XVII. 15: *τοὺς ἐξαιτήσοντας τῶν ῥητόρων δέκα τοὺς κατ' αὐτοῦ πεπολιτευμένους* etc. Suidas s. v. *Ἀντίπατρος· — ᾔτει τοὺς δέκα ῥήτορας, οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι, Δημοσθένην Ὑπερείδην Λυκοῦργον Πολύευκτον Ἐφιάλτην Θρασύβουλον Χάρητα Χαρίδημον Διότιμον Πατροκλέα* [*Κάσανδρον*]; sed hos non

[1]) Arrian. I. 7, 2 sq. — *τεθνηκέναι Ἀλέξανδρον ἰσχυριζόμενον ἐν Ἰλλυρίοις καὶ γὰρ καὶ πολὺς ὁ λόγος οὗτος καὶ παρὰ πολλῶν ἐφοίτα, ὅτι τε χρόνον ἀπῆν οὐκ ὀλίγον καὶ ὅτι οὐδεμία ἀγγελία παρ' αὐτοῦ ἀφῖκτο.* cf. Aelian. v. hist. XII. 57. Ps. Callisth. I. 27, 1: *φήμης δὲ γενομένης ὅτι τέθνηκεν ἐν τῷ πολέμῳ Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς λέγεται ὅτι Δημοσθένης τραυματίαν τινὰ ἄνθρωπον εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καί τινα Ἀθηναῖον ἑωρακέναι αὐτὸν λέγοντα κείμενον Ἀλέξανδρον.*

potuit postulare Antipater, quum nonnulli eorum Lamiaci belli tempore jam decessissent de vita; errore ad Antipatrum transtulit, quod de Alexandro narrandum erat; idem fecit Suidas s. v. *Δημοσθένης;* pro *Πατροκλέα* scribendum est *Μοιροκλέα.* Eosdem Thrasybulo omisso Arrianus affert I. 10, 3. Octo tantum nominaverunt *οἱ πλεῖστοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραφέων* teste Plutarcho (vit. Dem. c. 23) et quidem hos: *Δημοσθένην Πολύευκτον Ἐφιάλτην Λυκοῦργον Μοιροκλέα Δήμωνα Καλλισθένην Χαρίδημον.* Unusquisque concedet, permirum esse, quod Hyperides et Chares desint in hoc indice; ego quidem pro certo habeo, postulatum esse Hyperidem a rege, cum ei ignotum esse vix posset, acerrimum bellandique cupiditate flagrantissimum adversarium Philippo fuisse et ipsi esse Hyperidem. Repugnat sibi Plutarchus, cum hoc loco omittat Hyperidem, quem vit. Phoc. c. 17 in postulatorum numero nominat. Contione convocata, qua de Alexandri postulatione ageretur, pro strategis oravit Hyperides (Ps. Plut. 848 D. Phot. bibl. cod. 266.), Phocion iis, qui exposcerentur, Lei filias et Hyacinthidas imitandas esse dixit mortemque pro patria petendam (Plut. vit. Phoc. 17); meditata oratione (Diod. Sic. XVII. 15) Demosthenes populi misericordiam concitavit, ita ut eos non tradendos esse decerneret. Jure laudat Liv. IX. 18: adversus Alexandrum Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, contionari libere ausi sunt homines'. Demades et alii legati sunt, qui pro viris illis deprecarentur (*ἀφεῖναι δεόμενοι τὴν ὀργὴν τοῖς ἐξαιτηθεῖσι* Arrian. I. 10, 6). Justinus (XI. 4, 12) narrat: eo res deducta est, ut retentis oratoribus duces in exilium agerentur, qui ex continenti ad Dareum profecti non mediocre momentum Persarum viribus accessere'. Non consentit cum eo Arrianus l. l., qui Charidemum tantum in exilium missum esse tradit; sed perquam probabile est praeter Charidemum etiam alios duces urbem deseruisse et ad Persas se contulisse cf. Boehn. quaest. Att. p. 650 sqq.

Ol. 111, 2 (334) bellum in Persas suscepit Alexander; paullo post videtur triremes postulasse ab Atheniensibus, sed refragati sunt oratores, Ps. Plut. p. 448 D: *καὶ περὶ τῶν στρατηγῶν ὧν ᾔτει Ἀθηναίων ἀντεῖπε* (sc. Ὑπερείδης) *καὶ περὶ τῶν τριήρων.* cf. p. 847 C. Arrian. II. 2, 4. Schaef. l. l. III p. 160.

Fere eidem tempori assignanda est Hyperidis oratio *περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν.* Eubulus Anaphlystius mortuus est ante Ol. 112, 3 (330) cf. Dem. XVIII, 162: *Ἀριστοφῶντα καὶ Εὔβουλον — οὓς σὺ ζῶντας μὲν — κολακεύων παρηκολούθεις, τεθνεώτων δ' οὐκ αἰσθάνει κατηγορῶν.* Boehn. quaest. Att. p. 604. Schaef. l. l. I p. 190. 1; post ejus mortem controversia exorta esse videtur, num liberis iidem, quibus pater ornatus erat, concedendi essent honores; Hyperides eos abrogandos esse censuit. Boehn. l. l. putat, decretos esse honores mortuo Eubulo, de quibus Hyperidis egerit oratio, quod ferri non posse contendit Sauppius ob vocabulum, quod est *δωρεῶν.*

Ol. 112 (332) Callippus Atheniensis corruptis pecunia iis, qui concertabant, reportavit Olympiae victoriam; quod cum palam factum esset, multam irrogavit Eleorum populus Callippo, quam Athenienses perinde ac victorum laudes et honores sibi vindicabant, solvere coacti erant. Missus est Hyperides, qui Callippum defenderet judiciumque tolleret, sed caruit felici successu ejus oratio; etenim nihili faciendum est, quod Ps. Plutarchus dicit *καὶ ἐνίκησε,* cum intelligamus e Pausan. V. 21, 5 una certe Olympiade exclusos fuisse Athenienses a celebrandorum Olympiorum communione, donec Delphici oraculi auctoritati obsequentes poenam solverunt. Kiesslingio *καὶ ἐνίκησε* a librarii negligentia profectum esse videtur, qui cum saepius in recensendis orationibus additum esse videret, quem eventum orator habuerit, contra veritatem mutavit *καὶ ἐνίκησε;* conjecit (l. l. p. 209) *καὶ νικῆσαι* ‚Callippus non solum corruperat *τοὺς ἀνταγωνιουμένους,* quod ipsum per se turpe et criminosum fuit, sed per foedam

istam largitionem etiam victoriam reportaverat; crimen igitur duplex quodammodo fuit'. cf. Pinderi comment. de pentathlo Graecorum p. 31. 118 sq. Neque vero locum hac ratione sanatum esse censeo; victoria per se ipsa non potest crimini dari Callippo, quod etiam Kiesslingius sensisse videtur ‚crimen duplex quodammodo' dicens; exspectaretur *φθείραντα τὸν ἀγῶνα νικῆσαι*. Nihil mutandum esse arbitror; auctor vitt. X oratt., qui non semel aliorum falsas opiniones attulit, *καὶ ἐνίκησε* scripsit, quod in fonte, unde hausit, haec erant.

Eidem fere tempori tribuit Comparettius (ed. or. pro Eux. p. 44 sq.) orationem pro Euxenippo habitam (cf. Constantino Maes-Canini p. 8. Blass. XXXVI.), qui diligentissime in dissertatione editioni praeposita de ejus argumento disseruit.

Quum proximis annis fame summaque annonae caritate vexarentur Athenae, cf. Dem. XVIII, 89. XXXIV, 38 sqq. Boeckh. de oec. Athen. I. p. 127 sqq. etiam Hyperides in eo numero fuit, qui ut mederentur inopiae frumentariae, pecuniam contulerunt cf. Boeckh. de inscr. nav. XIII c. p. 442: *Ὑπερείδης Γλαυκίππου Κολλυτεὺς κατέβαλε τὸ ἁπλοῦν* [illegible] *ἀποδέκταις τοῖς ἐπὶ Χάρητος ἄρχοντος* (Ol. 113, 3), *τὸ δὲ διπλοῦν ὑπεγράψατο εἰς τὰ σιτωνικὰ καὶ τὰ ἐπιδόσιμα κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου*. Huc pertinent etiam orationes *ὑπὲρ Χαιρεφίλου περὶ τοῦ ταρίχους*, qui Demosthene suadente in civium numerum receptus erat propter salsamentorum, fortasse etiam frumenti invectionem cf. Din. I, 43. Bergk. ad Andoc. Schilleri p. 155 sqq. fragm. 193 *προμετρητής*. Admodum probaliter conjecit Sauppius ‚postulatum esse videri a sycophanta quodam, quod salsamenta portorio non soluto vel legibus atticis de importandis et vendendis mercibus alio modo migratis invexisset et venditasset, eumque defendisse Hyperidem.

Proximo anno, cum propter latrocinia maritima Tyrrhenorum de colonia in mari Adriatico collocanda ageretur, Hyperides hoc suasit oratione, cujus titulum *περὶ τῆς*

φυλακῆς τῶν Τυρρηνῶν subtiliter restituit Boeckh. de inscr. nav. p. 457—468. cf. XIV A v. 224 sqq.: ὅπως δ' ἂν ὑπάρχῃ τῷ δήμῳ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐμπόρια οἰκεῖα καὶ σιτοπόμπια, καὶ ναυστάθμου οἰκείου κατασκευασθέντος ὑπάρχῃ φυλακὴ ἐπὶ Τυρρηνοὺς καὶ Μιλτιάδης ὁ οἰκιστὴς καὶ οἱ ἔποικοι ἔχωσιν χρῆσθαι οἰκείῳ καὶ Ἀττικῷ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων οἱ πλέοντες εἰς τὴν θάλατταν μετ' ἀσφαλείας εἰσπλέωσιν εἰς αὐτὴν πλησίον τὸ Ἀθηναίων φρούριον ἔχοντες καὶ τὰ ἄλλα — εἰδότες ὅτι ..... De exitu classis cf. v. 189 sqq.: τοὺς δὲ τριηράρχους τοὺς καθεστηκότας παρασκευάζειν τὰς ναῦς ἐπὶ τὸν ἔκπλουν τῷ Μουνυχιῶνι μηνὶ πρὸ τῆς δεκάτης ἱσταμένου etc. i. e. d. III. mens. maj. 324 cf. Boehn. quaest. Att. p. 568. 4 Tyrrhenos diu piraticam exercuisse, docet Servius ad Aen. VIII, 479 et Alexandrum de eorum et Antiatum latrociniis questum esse scimus e Strab. V. 3, 5 p. 232. cf. Arrian. VII. 15, 4. Atheniensium naves mercatorias etiam mare Adriaticum adisse intelligimus e Lys. XXXII, 25: καὶ ἀποπέμψας εἰς τον Ἀδρίαν ὁλκάδα et e fragm. ejusdem or. in Aesch. ap. Athen. XIII, p. 611 D: οὕτω δ' οἱ ἐν τῷ Πειραιεῖ διάκεινται, ὥστε πολὺ ἀσφαλέστερον εἶναι δοκεῖν εἰς τὸν Ἀδρίαν πλεῖν ἢ τούτῳ συμβάλλειν.

Ventum est ad causam gravissimam, Harpalicam dico. Permultum jam disputatum est in utramque partem a viris doctis[1]), utrum corruptus sit Demosthenes necne, neque tamen ad liquidum perducta est haec res. Temeritatis igitur crimen subirem, si obscuram illam summisque difficul-

[1]) cf. Eyselli comment., quae inscribitur, Demosthenes a suspicione acceptae ab Harpalo pecuniae liberatus'. Westermannum in quaest. Demosth. part. III, p. 109 sqq. Sauppium in ed. Hyp. or. in Dem. in philol. vol. III. Schaeferum l. l. III, p. 291 sqq. Leop. Schmidtii comment. de Demosthenis civitatis regendae consiliis in causa Harpalica' in mus. Rhen. vol. XV. p. 211—232. Girardum revue nationale etc. tom. IX, 1862, un procès de corruption à Athenes'; Rabii diss. de causa Harpalica' Olsnae a. 1863.

tatibus impeditam quaestionem me explanare posse crederem; id tantum meum esse arbitror, quid de Hyperide accusatore judicandum sit exquirere. Harpalus opum regiarum et tributorum custos Babylone constitutus, cum fide fracta opes sibi commissas in suum usum sumpsisset, aufugit ex Asia correptis quinque milibus talentum et triginta navibus conquisitis una cum sex milibus mercennariorum militum, simulatque Alexandrum incolumem ex India redire audivit. Athenas sese contulit sperans fore ut a civibus, quos liberalitate et beneficiis sibi obligaverat, in fidem reciperetur. Sed praeter spem cecidit res. Athenienses veriti, ne occupare vellet urbem (Din. II, 4: *ὃν ἧσθεθ' ἥκειν καταληψόμενον τὴν πόλιν*), Philoclem unum e decem imperatoribus jurejurando adegerunt, ne eum cum classe in portum invehi permitteret (Din. III, 2: *φάσκων κωλύσειν Ἅρπαλον εἰς τὸν Πειρειᾶ καταπλεῦσαι, στρατηγὸς ὑφ' ὑμῶν ἐπὶ τὴν Μουνυχίαν καὶ τὰ νεώρια κεχειροτονημένος, — καὶ ἐπιωρκηκὼς ὃν ὤμοσεν ὅρκον μεταξὺ τοῦ ἕδους καὶ τὴν τραπέζης*). Quapropter Harpalus expositis ad Taenarum promontorium copiis auxilium implorans Atheniensium una tantum nave advectus et in portum intromissus est. Subito legati venerunt ab Antipatro et Olympiade repetituri Harpalum eademque de causa Athenas sese contulit Philoxenus. His rebus summa commutatio facta est animorum; et qui favebant rebus Macedonicis et qui corrupti erant — ne detecta largitione poenam darent — eum tradendum esse censuerunt.[1]) Demosthenes unus adversatus est; decretum tulit, ut Harpalus in vincula coniiceretur ejusque opes in arce deponerentur, donec Alexandri legati eum repeterent. Opes exponuntur in theatro; civis quidam

[1]) cf. Eysell. l. l. p. 35: ‚Jam quum Athenienses consilii inopes haerent et ancipiti sententia fluctuant, oratores ceterique, qui emti pecunia Harpalo consultum voluerant, subito mutatis partibus acriter in eum invehuntur, metuentes illi quidem ne detecto corruptelae crimine justae legum vindictae tradantur, civibusque suadent, ut Macedonibus justa petentibus ne adversentur.'

a Demosthene jussus quaerit quot talenta secum Athenas adportasset Harpalus, is septingenta se in urbe advenientem habuisse respondet. Sed dimidiata fere tantum pars supererat; rogavit igitur Demosthenes, ut iis impune esset, qui sponte sua pecuniam acceptam redderent et Areus pagus in ceteros, qui accepissent, inquireret. Subito effugit Harpalus non invito Demosthene; is enim, cui haec tota res mandata erat, incuriam custodum non punivit. Tum magis credebatur rumoribus jam antea dispersis, corruptum esse Demosthenem, quamquam quae Plutarchus narrat, postea demum ficta sunt; certe narratiunculam de poculo viginti talentis impleto tum nondum notam fuisse, ex eo apparet, ut jam Sauppius monuit, quod Dinarchus in oratione calumniis referta ejus non fecerit mentionem. Magis in dies crevit suspicio, praesertim ex quo Demadem adjuvit rogantem, ut Alexander in deorum numerum referretur. Rex enim, quum ex India revertisset, eo progressus est superbiae, ut a Graecis divinam postularet adorationem singulasque civitates juberet exules recipere exceptis sacrilegis et homicidis[1]), nimirum nullam ob aliam causam, quam ut domi hi specularentur, num quid contra Macedonas novaretur animadversaque deferrent ad Antipatrum. Quibus postulatis Alexander quantopere animos Graecorum exacerbaverit, unusquisque intelliget, qui factionum inter se contrariarum studia per Graeciae civitates quosque tunc sint progressa, secum reputaverit. Demosthenes de his rebus cum Nicanore egit eique pollicitus esse videtur, si de altero desisteret Alexander postulato, permoturum se esse Athenienses, ut eum adscriberent diis olympicis; oboedientes fuisse Athenienses, intelligitur ex Hyp. or. fun. c. 9: *φανερὸν δ' ἐξ ὧν ἠναγκαζόμεθα καὶ νῦν ἔχειν· θυσίας*

---

[1]) Diod. Sic. XVII. 109. XVIII. 8. Curt. de reb. gest. Alex. M. X. 2, 6. Mytilenaeorum de restituendis exulibus decretum est C. J. gr. ed. Boeckh. No. 2166.

μὲν ἀνθρώποις γιγνομένας ἐφορᾶν, ἀγάλματα δὲ καὶ βωμοὺς καὶ ναοὺς τοῖς μὲν θεοῖς ἀμελῶς, τοῖς δὲ ἀνθρώποις ἐπιμελῶς συντελούμενα etc. Demosthenes ut calumnias infirmaret, rogavit, ut morte puniretur, si acceptae pecuniae crimine teneretur. Din. I, 61. Hyp. in Dem. c. 27; nihilominus Areus pagus re cognita inter eos, qui dona accepissent, Demosthenis quoque nomen detulit. Decem accusatores electi sunt, in eisque is, qui permultos annos eandem in re publica gerenda viam secutus erat et conjunctissime cum illo vixerat, Hyperides. Jam quibus causis permotus accusatoris munere functus sit quaeritur. Sunt, qui ut Demosthenis famam tueantur, idcirco de Hyperidis fama detrahant eumque ad depellendam corruptionis speciem accusatoris partes suscepisse arbitrentur cf. Eysell. p. 10.; quae quam inepta sit opinio, luculenter demonstrat Rabinus l. l. p. 6. Monuimus jam antea Hyperidem acriorem Demosthene Macedonum adversarium fuisse et ad bellum propensiorem; Hyperides, qui summa constantia et studio consuluit patriae dignitati vel in summis rerum angustiis animum non demisit, nullam occasionem praetermittendam esse censuit, qua ad Graeciam liberandam bellum incipi posset. Venerat Harpalus cum navibus, cum magno auri pondere, cum mercennariis; ab aliis satrapis auxilium exspectari potuit; jure Droysenus hist. Alex. magn. p. 532 tum aptissimam bellandi occasionem datam esse contendit. Sed praeciditur haec hominum patriae amantissimorum spes eo, quod Demosthenes rogationem tulit, ut Harpalus in vincula coniiceretur ejusque opes deponerentur in arce. Hyp. in Dem. c. 16: *ταῦτα σὺ παρῤῥησαι τῷ ψηφίσματι συλλαβὼν τὸν Ἅρπαλον· καὶ τοὺς μὲν Ἀχαίους ἅπαντας πρεσβεύεσθαι πεποίηκας ὡς Ἀλέξανδρον, οὐκ ἔχοντας ἄλλην οὐδεμίαν ἀποστροφὴν, τοὺς δὲ σατράπας, οἱ αὐτοὶ ἂν ἦκον ἑκόντες πρὸς ταύτην τὴν δύναμιν, ἔχοντες τὰ χρήματα καὶ τοὺς στρατιώτας ὅσους ἕκαστος αὐτῶν εἶχεν, τούτους σύμπαντας οὐ μόνον κεκώλυκας ἀποστῆναι ἐκείνου τῇ συλλήψει τῇ Ἁρπάλου, ἀλλὰ καὶ .....*

Qua spe ad irritum redacta fieri non potuit, quin et reliqui omnes Demostheni suscenserent, quicunque pristinam patriae gloriam restitui tum posse essent arbitrati, et Hyperides eum ad Macedonum partes sese applicavisse et defecisse de pristina virtute sibi persuaderet. Sincero igitur patriae amore incensus eum in capitis discrimen vocavit, quippe quod obsisteret consiliis laude dignissimis civitatique saluberrimis.[1]) Id unusquisque concedet, Demosthenis in causa Harpalica agendi rationem admodum dubiam fuisse totam et ancipitem, quodque rogasset ut Harpalus in custodia teneretur ejusque opes servarentur neque ad bellum adhiberentur, et quod Demadem sive incitasset sive adjuvisset rogantem, ut Alexandro divina adoratio concederetur, hinc facile eum in suspicionem adduci potuisse. Ne furis causa urbi bellum inferretur ab Alexandro, Harpalum custodiendum esse dixerat. Sunt qui dicant a reipublicae dignitate fuisse alienum Antipatri vel Olympiadis legatis eum tradere, Alexandro tantum fuisse tradendum, nulli alii. Sed qui explicant illi, quod Harpalus evasit ex custodia non Demosthene invito? fieri non potuit, quin augeretur Alexandri ira hac agendi ratione. Non traditur Antipatri et Olympiadis legatis; eum custoditum iri, donec legatos Alexauder ipse mitteret, respondent Athenienses; per speciem in vincula coniicitur, ut paullo post evadat neque ullam poenam det Alexandro. Objectat quidem multa crimina Demostheni Hyperides, sed multum tamen interest inter ejus et Dinarchi orationem, quum calumnioso isto et inhonesto accusandi genere prorsus se abstineat, ut credi non possit, eum mera mendacia protulisse. cf. Plut. vit. Dem. c. 12: *ὥστε — ὁμολογεῖν δὲ καὶ τοὺς ἀπεχθανομένους, ὅτι πρὸς ἔνδοξον αὐτοῖς ἄνθρωπον ὁ ἀγὼν ἐστι· καὶ γὰρ Αἰσχίνης καὶ Ὑπερείδης τοιαῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ κατηγοροῦντες εἰρήκασιν.* Narrat Hyperides (or. in Dem. c. 5) Cnosionem aliosque

[1]) Ps. Plut. 849 F. fabulam narrat de libello, in quo crimina multa Demosthenis in se conscripserit Hyperides.

Demosthenis amicos circumeuntes dictitasse, Demosthenem adversariorum accusationibus eo adactum iri, ut quae nollet in publicum proferret diceretque se pecuniam illam populo mutuam dedisse ad sumptus ex aerario faciendos. Cujus quidem rei quoniam a nullo alio scriptore mentio facta est, difficile esse conjectura assequi ait Rabius l. l. p. 10: ‚quid consilii in viginti illis talentis in usum communem conferendis Demosthenes secutus sit. Nam si munera, quae populo dari solebant, praebenda ex iis censebat, quid erat, quod summa ope de ejusmodi usu taceri vellet? Num forte timebat, ne cives ignominiae sibi illatae puderet, quod ex pecuniis per fraudem ablatis dona accepissent? An Olympiam itinere facto ita iis usus erat, ut Nicanorem vel comites ejus largitione caperet, cum de exulibus urbe arcendis cum iis colloqueretur? Haec omnia ut occulta et quasi involuta sunt, ita nequicquam conamur aperire.'

Demosthenes victus ac L talentis condemnatus est, quae cum solvere nequiret, in carcerem deductus hinc clam evasit. Plut. vit. Dem. c. 26: *παραδοθεὶς εἰς τὸ δεσμωτήριον αἰσχύνῃ τῆς αἰτίας φασὶ καὶ δι' ἀσθένειαν τοῦ σώματος, οὐ δυναμένου φέρειν τὸν εἴργμὸν, ἀποδρᾶναι τοὺς μὲν λαθόντα, τῶν δὲ λαθεῖν ἐξουσίαν δόντων* cf. Ps. Plut. p. 846 C. Maxim. Plan. schol. in Hermog. rh. gr. V p. 496 W. Neque vero exsul neglexit res domesticas; certe auctor epistol. III. eum per litteras pro liberis Lycurgi deprecantem facit; etiam Hyperidem eadem de causa egregiam orationem perorasse constat, *ὑπὲρ τῶν Λυκούργου παίδων* cf. Ps. Plut. p. 842 D.

Restat, ut paucis de bello Lamiaco exponam, quod bellum diu clam paratum erupit demum Alexandro mortuo. Peropportune cecidit, quod VI milia mercennariorum, qui ipsius Alexandri ductu in Asia proeliati cumque coloni fieri nollent (Pausan. I. 25, 5.) a rege dimissi in Taenaro promontorio tum consederant. Hos igitur Athenienses per Leosthenem, virum non minus rei militaris peritum, quam patriae amantem mercede conduxerunt (cf. Hyp. or. fun. c. 6: *καὶ ξενικὴν*

μὲν δύναμιν συστησάμενος etc., Pausan. VIII. 52, 5. Diod. XVII. 106. 111. XVIII. 9.), auctore ut videtur Hyperide, qui hunc exercitum dimittere dissuaserat cf. Ps. Plut. p. 848 E.

Interea rumor Athenas perlatus est, repentina morte correptum esse Alexandrum. Quo rumore arrectos animos civium patriae amantium magis etiam concitavit Hyperides gravissimis verbis hortatus, ut tandem aliquando quicunque arma ferre possent convocarent neque quidquam praetermitterent, cum non modo de Athenarum libertate, sed etiam de cunctae Graeciae salute ageretur. Solus Phocion operam dedit, ut cives a bello incipiendo deflecteret; is enim nimio civium suorum contemptu imbutus ipseque ab eorum mollitie alienissimus nullo incitamento eos ad veterem gloriam recuperandam compelli posse persuasum habuit, eoque pacem unicam salutem esse ratus belli suasoribus continenter adversabatur.[1]) Sed postquam certus venit de regis morte nuntius, Leosthenes una cum Aetolis Doriensibus Locrensibus Phocensibus Thermopylas occupavit; qui principes erant factionis popularis, legem tulerunt,[2]) ut CCXL naves aedificarentur, omnes cives infra annum XL aetatem agentes

---

[1]) Utrumque orationem perorantem facit Dexippus, C. Muelleri fragm. hist. gr. III p. 668—670. cf. Saupp. philol. supplem. vol. I p. 55 sqq. Ps. Plut. p. 849 E tradit Hyperide rogante coronam decretam esse Jollae, Antipatri filio, a quo veneno interfectus esse dicebatur Alexander, sed falsum hoc esse demonstrat Kiessl. l. l. p. 147.

[2]) Diod. Sic. XVIII. 10: — *ἔγραψαν ψήφισμα τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλάδων ἐλευθερίας φροντίσαι τὸν δῆμον καὶ τὰς μὲν φρουρουμένας πόλεις ἐλευθερῶσαι, ναῦς δὲ παρασκευάσαι τετρήρεις μὲν μ΄ τριήρεις δὲ σ΄, στρατεύεσθαι δὲ πάντας Ἀθηναίους τοὺς μέχρις ἐτῶν μ΄ καὶ γ΄ μὲν φυλὰς τὴν Ἀττικὴν παραφυλάττειν, τὰς δὲ ζ΄ πρὸς τοὺς ὑπερορίους στρατείας ἑτοίμους εἶναι. ἐκπέμψαι δὲ πρέσβεις τοὺς ἐπελευσομένους τὰς Ἑλληνίδας πόλεις καὶ διδάξαντας ὅτι καὶ πρότερον μὲν ὁ δῆμος τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν κοινὴν εἶναι πατρίδα κρίνων τῶν Ἑλλήνων, τοὺς ἐπὶ δουλείᾳ στρατευσαμένους βαρβάρους ἠμύνατο κατὰ θάλατταν καὶ νῦν οἴεται δεῖν ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας καὶ σώμασι καὶ χρήμασι καὶ ναυσὶ προκινδυνεύειν.* cf. Boeckh. de inscr. nav. p. 75 sqq.

cogerentur eorumque septem tribus in hostium fines proficiscerentur, tres ad ipsam Atticam defendendam domi manerent. Ad Peloponnesios legati missi sunt, qui eos ad societatem ineundam commoverent nec caruit haec legatio successu. In legatorum numero fuit Hyperides eisque Demosthenes tum exul adhuc sponte sua se adjunxit. Qui cum praeclarum pro Graeciae salute apud Peloponnesios interposuisset studium, et ipse mox ab Atheniensibus in integrum restitutus est et Hyperides in gratiam cum eo rediit. Non multo post accidit, ut in oppugnanda Lamia Leosthenes telo ictus caderet. In memoriam ejus orationem funebrem summis per totam antiquitatem laudibus celebratam Athenis Hyperides habuit.[1]) Hinc vero verti belli fortuna Graecis coepit, moxque finem imposuit Graeciae libertati victoria ad Cranonem ab Antipatro reportata. Tum pacem petentibus Atheniensibus Antipater ut oratores sibi traderent, qui concivissent bellum, imperavit. Itaque Demosthenes Hyperides Himeraeus Aristonicus alii ex urbe profugi, quum in judicium vocati non venissent, Demade rogante absentes capitis damnati sunt. Plut. vit. Dem. c. 28: *ὁ δῆμος αὐτῶν θάνατον κατέγνω Δημάδου γράψαντος* cf. Arrian. ap. Phot. bibl. cod. 92 p. 69 Bk. Schaef. l. l. III p. 356. 2. Ab Antipatro constituti sunt venatores quasi exulum (*φυγαδοθῆραι*), qui per oppida peregrinantes viderent, ne quis eorum Macedonas aufugeret (Polyb. IX. 29) quique eo insolentiae furorisque processerunt, ut vel a deorum simulacris eos abriperent. Demosthenes ne vivus in hostium manus incideret, veneno sumpto sibi ipse mortem conscivit; Hyperides aliique vi e

---

[1]) Diod. Sic. XVIII. 13: *ταφέντος (Λεωσθένους) ἡρωικῶς διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερείδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι* etc. Ps. Plut. p. 849 E: *ἐκοινώνησε δὲ καὶ Λεωσθένει τοῦ Λαμιακοῦ πολέμου.* Plut. de amor. fratern. 15 p. 486 D: *οἱ δὲ βίοις χρώμενοι διαφόροις — συνεργοῦσιν ἀλλήλοις μᾶλλον ὡς — Ὑπερείδης καὶ Λεωσθένης.*

templo abrepti Cleonas Argolidis[1]) tracti sunt, ubi Hyperidem nono die Pyanepsionis occisum esse narrat auctor vitarum X oratorum. Six vixit, sic mortuus est Hyperides, ingenii vi, fortitudine, constantia, sincero patriae amore, animo a largitione invicto, non defesso publicae salutis studio unus e praestantissimis, quos tulit aetas.

DE NUMERO ORATIONUM HYPERIDEARUM.

De orationum numero ab aliis alia traduntur. Ps. Plut. p. 849 D, quem Photius exscripsit, LXXVII orationes, quarum LII genuinas esse censet, Suidas LVI Hyperidem habuisse tradit neque vero cum Bernhardyo quidquam in his mutandum est, cum utrique non eodem auctore usi semel tantum congruant Lycurgo XV orationes tribuentes. Studemundus in diario, quod inscribitur, Hermes' a. 1867 p. 434 sqq. sex affert indices, in quibus orationum ab oratoribus atticis habitarum numeri perscripti sunt eosque inter se consentientes. Secundum hos igitur CLXX orationes Hyperidi tributae sunt antiquitus.[2]) Harum orationum ne dimidia quidem ex parte

---

[1]) Plut. vit. Dem. c. 28: *οὗτος οὖν ὁ Ἀρχίας Ὑπερείδην μὲν τὸν ῥήτορα καὶ Ἀριστόνικον τὸν Μαραθώνιον καὶ τὸν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἀδελφὸν Ἰμεραῖον ἐν Αἰγίνῃ καταφυγόντας ἐπὶ τὸ Αἰάκειον ἀποσπάσας ἔπεμψεν εἰς Κλεωνὰς πρὸς Ἀντίπατρον· κἀκεῖ διεφθάρησαν, Ὑπερείδου δὲ καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτμηθῆναι λέγουσιν.* De excisa Hyperidi lingua jure Plutarchus, ut videtur, dubitat; ficta est haec fabula ab eis, quorum intererat injurias a Macedonibus Graecis illatas cumulo augere. Secundum Hermippum Hyperidi in Macedoniam ducto excisa est lingua ejusque corpus, postquam aliquamdiu inhumatum jacuit, per Philopithem medicum in Atticam transvectum ibique ab Alphino, Hyperidis propinquo, sepultum est. Ps. Plutarcho Corinthi — non Cleonis — inter tormenta quaestionis linguam sibi dentibus praecidisse ipsum Hyperidem probatur; nihilo tamen secius primam, quam Plutarchus tradit, narrationem non ignorat. p. 849 C cf. Plut. vit. Phoc. c. 29. Pausan. I. 8, 3.

[2]) Sauppius, cui tantum schol. ad Aesch. II, 18 notum erat, ibi οζ′ scribendum esse censet pro ρο′.

supersunt tituli; praeter quattuor in Aegypto repertas orationes LXVII tantum inscriptas in editione sua enumerat Blassius. Addi possunt aliarum trium tituli, quarum Hyperides in Euxenippea mentionem facit. Discimus e c. 26, fuisse eum inter decem causae patronos, quos Polyeuctus ab Alexandro Oeensi accusatus ex Aegeide tribu postulasset; dixit igitur *ὑπὲρ Πολυεύκτου πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν ἐξ Οἴου.*[1]) Narrat Hyperides c. 35., quum Athenienses Jovis Dodonaei jussu Dionae simulacrum exornassent, id graviter ferentem per litteras cum populo expostulasse Olympiadem, quod Molossia, ubi fanum illud jaceret, sub sua dicione esset et imperio, sed bis se ipsum in contione demonstravisse legatis, praeter rationem criminari Olympiadem civitatem Atheniensium (*λόγοι β' πρὸς τοὺς Ὀλυμπίαδος πρέσβεις.*); quamquam dubitari potest, num editae sint hac orationes, id quod Schaeferus monuit de orationibus *περὶ τῶν στρατηγῶν* et *περὶ τῶν τριήρων*, in Diopithem et Philocratem. Non omnes, quae Hyperidis nomen prae se ferunt orationes ab ipso hoc oratore compositas esse, sed plures earum aut spurias esse aut dubiae saltem auctoritatis et veteres jam observaverunt et recentiorum nemo est qui nesciat. Suspectae sunt orationes X. XVI. XIX. XXII. XLV., etiam ad LV apposuit Sauppius *εἰ γνήσιος* nescio qua causa permotus. or. XXXV. *κατὰ Μειδίου παρανόμων* Glaucippo Hyperidis filio

---

[1]) *ὑπ' Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐξ Οἴου* ita papyr. corr., quae prim. man. scripta sint, non satis certo distingui possunt. Adnotat Babingt. ‚the last four lettres (post *ἀγῶνα* in fine versus) seem to have been *τουθ*; the two first have been cancelled, and *θ* has been corrected to *π*, so as to leave *υπ*; the *υπ* however is repeated after the original line, followed by ale.' In proximo versu pap. prim. man. *ξουουδεκα* ‚the interpolated letres are (apparently) *ανδρτουεξοι*, the first four of which form part of the word *Ἀλεξάνδρου*.' Id quod subtiliter excogitavit Bab., improbat Lavesius (progr. Lyck. 1864 ‚de Hyperide.'), *τουθ* videtur ei abbreviatum esse pro *τουθανατου*, *ξου* mutilatum pro *αξιον*; prorsus omissis litteris a man. correctoris supra lineolam appositis *ανδρτουεξοι* in textum restituit *τοῦ θανάτου ἄξιον*. Quid sit *ὁ ἀγὼν τοῦ θανάτου ἄξιος* non intelligo.

vindicat Schaeferus in philol. vol. IX p. 163 sqq. Orationem *περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν*, quae inter Demosthenicas circumfertur, Hyperidi attribuere maluit Libanius, cujus haec sunt verba in argumento orationi Dem. XVII. praefixo: *ὁ δὲ λόγος ψευδεπίγραφος εἶναι δοκεῖ. οὐ γὰρ ἔοικε κατὰ τὴν ἰδέαν τοῖς ἄλλοις τοῖς τοῦ Δημοσθένους, ἀλλὰ τῷ Ὑπερείδου χαρακτῆρι μᾶλλον προσχωρεῖ, τά τε ἄλλα καὶ λέξεις τινὰς ἔχει κατ' ἐκεῖνον μᾶλλον εἰρημένας ἢ τὸν Δημοσθένην, οἷον νεόπλουτος* (§. 23.) *καὶ βδελυρεύσεται* (§. 11.) cf. Phot. bibl. p. 491. a. 22. Bk.; *καταγέλαστος* voce Demosthenem abstinere contendit Schneidewinus ed. Hyp. or. pro Eux. et Lyc. p. 41., sed est in Dem. or. VIII, 67 *τῇ — παρασκευῇ καταγέλαστοι;* non autem dixit Demosthenes *καταγέλαστόν ἐστι* (or. XVII, 15 *τὸ δὲ καταγελαστότατον*), sed *γέλως ἐστί* cf. IV, 25. XIV, 27. XIX, 72. 232. *προβόλιον* vocabulum ex Hyp. or. *περὶ τῆς φυλακῆς τῶν Τυρρηνῶν* citat Harpocration *ἐκ μεταφορᾶς* usurpatum, ad quod prope accedit *προβολαί* §. 25. Sauppius, qui or. Att. II p. 276 alio loco explicaturum se esse promittit, quid de auctore hujus orationis statuendum sit, nondum, quod sciam, stetit promissis. Vindicat hanc orationem Hyperidi A. G. Beckerus ‚Demosthenes' p. 265, abjudicat ab eo Schaeferus l. l. III p. 192. Reiskius ad Dem. p. 1199 Hyperidis esse censet primam orationem in Aristogitonem, vulgo Demostheni adscriptam; refutata est ejus sententia ab A. G. Beckero l. l. p. 405 sqq. cf. Boeckh. de inscr. nav. p. 529 et Schaef. l. l. III. app. p. 127. 4. Nihilominus in Reiskii sententiam nuper relapsus est Cobetus Mnemos. V p. 411; quin eo is confidentiae processit, ut locum illius orationis, qui est §. 11 tanquam Hyperidis *κατ' Ἀριστογείτονος* simpliciter laudaret IX p. 97.

Aristoteles rhet. II, 6. p. 1384. b, 13 Bk.: *διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς τοὺς Συρακοσίους* etc. Ruhnkenius in hist. crit. oratt. Gr p. 36 (praeposita Frotscheri edit. Rutil. Lup.) *Ὑπερείδου* legendum esse censet pro *Εὐ-*

ριπίδου ‚nam Hyperides varias pro republica legationes suscepit, non Euripides.' Sed jure monet Sauppius or. Att. II p. 216. ‚neque quidquam traditum legimus Hyperidem legatum Syracusas profectum esse neque quando fieri potuerit facile aliquis excogitaverit.' cf. not. ad Harpocr. p. 152, 7 ed. Dindorf. Oxon. a. 1853 vol. II p. 272. 273. Schaeferus orationes quasdam Hyperidis bis commutato tantum titulo traditas esse censet: or. XLIII *κατὰ Πασικλέους* et or. XLIV *πρὸς Πασικλέα περὶ ἀντιδόσεως*, (contra Sauppius: ‚temerarium foret credere, orationem, quae esset *πρὸς Πασικλέα* toties per errorem *κατὰ Πασικλέους* dictam esse.'), or. XLVII *κατὰ Πολυεύκτου περὶ τοῦ διαγράμματος* et XLLX *πρὸς Πολύευκτον* (Boeckh. de inscr. nav. p. 249. posteriorem de re trierarchica habitam esse censet, priorem de tributo censuali), or. XXXVII *ὑπὲρ Ξενίππου* et or. XXXVIII *ὑπὲρ Ξενοφίλου* cf. fragm. 131. Sed desunt rationes, quibus de dubiis his rebus certum judicium fieri possit. Lavesius l. l. p. 11 fragm. 129 *Μεταγειτνιών· Ὑπερείδης ὑπὲρ Ξενίππου* ex Harpocratione petitum ad Euxenippeam orationem refert. Speciem quandam habet haec conjectura; facile enim scribere potuit librarius *ΥΠΕΡΞΕΝΙΠΠΟΥ* pro *ΥΠΕΡΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ*, quum simillimae inter se sint litterae *ΕΡ* et *ΕΥ*; sed non est *Μεταγειτνιών* in Euxenippea. Itaque a divinandi arte remedium petivit vir doctus. c. 44: *τοῦτο δ', εἰ βούλει, τὸ πρῴην ὑπὸ τῶν δικαστῶν πραχθὲν τοῦ ἐξελθόντος μηνὸς πῶς οὐ μεγάλου ἐπαίνου ἄξιόν ἐστι; φήναντος γὰρ Λυσάνδρου — ἀλλ' ὅμως οἱ δικασταὶ οὐ πρὸς τὰς τοῦ κατηγόρου ὑποσχέσεις ἀποβλέποντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον ἔγνωσαν ἴδιον εἶναι τὸ μέταλλον καὶ τῇ αὐτῇ ψήφῳ τάς τε οὐσίας αὐτῶν ἐν ἀσφαλείᾳ κατέστησαν καὶ τὴν ὑπόλοιπον ἐργασίαν τοῦ μετάλλου ἐβεβαίωσαν. τοιγαροῦν αἱ καινοτομίαι πρότερον ἐκλελειμμέναι διὰ τὸν φόβον νῦν ἐνεργοῦνται καὶ τῆς πόλεως οἱ πρόσοδοι αἱ ἐκεῖθεν πάλιν αὔξονται, ἃς ἐλυμήναντό τινες τῶν ῥητόρων ἐξαπατήσαντες τὸν δῆμον καὶ δασμολογήσαντες τοὺς ἐκ....* Vereor, ne Lavesius in emendandi studio ulterius

quam par est se abripi passus sit. Quaerit, num cogitari possit, tam brevi temporis spatio reditus urbis e fodinis augeri, cum *πρῴην* ad tempus modo praeteritum spectet. Postquam judices metallum illud privatum esse statuerunt, collocaverunt eodem suffragio in tuto eorum facultates et reliquam operam in metallis ponendam firmarunt; recentes secturaeprius ob metum derelictae nunc tractantur *καὶ τῆς πόλεως αἱ πρόσοδοι αἱ ἐκεῖθεν πάλιν αὔξονται;* nimirum cum amplificatae sint fodinae, augentur reditus e metallis, vel potius postquam judices aequum et legitimum fecerunt judicium, ii reditus i. e. e metallis, quos pessum dederunt oratores quidam divites exactionibus vexantes, nunc augebuntur. Offendit Lavesium, quod ad *πρῴην* appositum sit *τοῦ ἐξελθόντος μηνός* verbis quibusdam intermissis; meo quidem judicio nihil languidum inest in his verbis: quod modo s. nudius tertius fecerunt judices exeunte mense'; pro *πρῴην* in textum restituit *πέρυσι,* ad quod glossema esse contendit *τοῦ ἐξελθόντος* (Poll. I, 56 *πέρυσι· τοῦ ἐξελθόντος ἔτους*), porro *μηνός* glossema esse vult ad nomen mensis ignoti fortasse lectoribus, quod servatum esse ei videtur in fragm. 129 *Μεταγειτνιών.* Proponit: *τοῦτο δ' εἰ βούλει, τὸ πέρυσι τοῦ Μεταγειτνιῶνος ὑπὸ τῶν δικαστῶν* etc. Unusquisque intelligit, prorsus supervacaneam esse hanc conjecturam, quippe quum omnia recte procedant.

Veterum de Hyperidis eloquentia judicia graviora collegit Blassius p. XXXI sqq., qui nescio qua de causa omisit Dionis Chrysostomi judicium or. XVIII, 11 hoc: *τῶν γε μὴν ῥητόρων τοὺς ἀρίστους τίς οὐκ ἐπίσταται; Δημοσθένην μὲν δυνάμει τε ἀπαγγελίας καὶ δεινότητος διανοίας καὶ πλήθει λόγων πάντας τοὺς ῥήτορας ὑπερβεβληκότα· Λυσίαν δὲ βραχύτητι καὶ ἁπλότητι καὶ συνεχείᾳ διανοίας καὶ τῷ λεληθέναι τὴν δεινότητα. Ἱλὴν οὐκ ἂν ἐγώ σοι συμβουλεύσαιμι τὰ πολλὰ τούτοις ἐντυγχάνειν, ἀλλ' Ὑπερείδῃ τε μᾶλλον καὶ Αἰσχίνῃ. Τούτων γὰρ ἁπλούστεραί τε αἱ δυνάμεις καὶ*

εὐληπτότεραι αἱ κατασκευαὶ καὶ τὸ κάλλος τῶν ὀνομάτων οὐδὲν ἐκείνων λειπόμενον.

Secundum haec judicia veterum et monumenta artis Hyperideae de eloquentiae ejus charactere egit J. Girardus (revue nationale etc. 25. Juillet 1861 p. 242—263) cf. Eggerum ‚les derniers jours de l'éloquence Athénienne', extrait du Correspondant, Paris 1868.; de oratione funebri L. Spengelius in diar. erud. Monac. a. 1858, Caffiaux ‚oraison funèbre dans la Grèce païenne' et ‚revue Archéologique' 1866.; de orationibus pro Eux. et Lyc. Schneidewinus praef. XIV.

CAP. II.

DE LEGE εἰσαγγελτικῇ.

Jure contendit quondam C. Ed. Otto (de Atheniensium actionibus forensibus spec. I p. 27 1820) nulli fere remedio juris tam profundam noctem offusam esse, tum propter notionis ipsius amplitudinem et ambiguitatem, tum propter varias, ad quas ob eam causam docti abducti sunt conjecturas, quam εἰσαγγελίᾳ. Sed offusa erat haec profunda nox, quippe quod repertis fragmentis Hyperideis novam lucem difficili huic rei afferri censeam. De tota hac lege disputare non licet propter angustos fines, quibus hic libellus circumscribendus est; id tantum propositum habeo, ut adhibeam ad hanc quaestionem, quid novi didicerimus auctore Hyperide.

Ut plures erant Athenis accusationum species, ita etiam plures earum appellationes, inter quas una est εἰσαγγελία. Sed ne quis credat huc pertinere omnes lites, de quibus εἰσαγγέλλειν s. εἰσαγγελία dicantur, hoc moneo, nonnunquam has voces idem significare atque μηνύειν, μήνυσιν, cum significationes earum non minus late pateant atque Latinorum ‚deferendi, delationis'.[1]) Andoc. I. 37: ἐπαρθεὶς οὖν τοῖς τῆς πόλεως κακοῖς εἰσαγγέλλει Διοκλείδης εἰς τὴν βουλήν etc. §. 42: ἥκειν οὖν μηνύσων τὰ γενόμενα §. 43: ἡ μὲν εἰσαγγελία αὐτῶν τοιαύτη.[2]) Lys. XII, 48: ἔπειτα τῇ βουλῇ μηνυτὴν γίγνεσθαι περὶ τῶν εἰσαγγελιῶν ἁπασῶν, ὅτι ψευδεῖς εἶεν, καὶ Βάτραχος καὶ Αἰσχυλίδης οὐ τἀληθῆ

[1]) Schoem. de comit. p. 181. Herald. animadv. ad Salmas. VII. 4 p. 221.

[2]) de hac causa cf. G. F. Hertzbergum ‚Alcibiades' p. 190 sqq.

μηνύουσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι etc. XIII, 48 et 49: *μηνύσας.... κατεμήνυσε.* §. 50: *εἰσαγγεῖλαι.* Ps. Plut. p. 834 C: *καὶ εἰσαγγελθέντα ἐπειδὴ οὐκ ἠβουλήθη ὃν ἐζήτουν οἱ κατήγοροι δοῦλον ἐκδοῦναι* etc. *Εἰσαγγελιῶν* quae proprie dicuntur tria genera fuerunt usitata in foro Attico; praeter hoc, de quo accuratius disserere in in animo mihi est, alterum de mala parentum, epiclerorum, pupillorum tractatione apud archontem, alterum de diaetetarum injuriis apud logistas.[1]) Sed mittamus haec; de quo primo loco agit Harpocration, in id inquiramus. Quaeritur nunc in quibus occupetur *εἰσαγγελία;* jam veteres de hac re dissentiunt. Lex. rhet. Cantabr. p. 667, 13: *εἰσαγγελία· κατὰ καινῶν καὶ ἀγράφων ἀδικημάτων· αὕτη μὲν οὖν ἡ Καικιλίου δόξα;* opponitur ei Theophrastri sententia, de qua paullo post agemus; in fine *Καικίλιος δὲ οὕτως ὡρίσατο· εἰσαγγελία ἐστὶν ὃ περὶ καινῶν ἀδικημάτων δεδώκασιν ἀπενεγκεῖν οἱ νόμοι· ἔστι δὲ τὸ μελετώμενον ἐν ταῖς τῶν σοφῶν διατριβαῖς.* Mutila esse haec verba apparet; suppleri possunt e Suida et lex. rhet. (Bekk. anect. I p. 244): *εἰσαγγελία κυρίως ἡ περὶ καινῶν καὶ δημοσίων ἀδικημάτων εἰσαγομένη δίκη ὑπὸ τῶν Πρυτάνεων, περὶ ὧν διαῤῥήδην μὲν οὐδὲν λέγουσιν οἱ νόμοι, συγχωροῦσι δὲ κρίσεις γίγνεσθαι.*

---

[1]) Harpocr. s. v. *εἰσαγγελία: δημοσίας τινὸς δίκης ὄνομά ἐστι, τρία δ' ἐστὶν εἴδη εἰσαγγελιῶν. ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ δημοσίοις ἀδικήμασι μεγίστοις καὶ ἀναβολὴν μὴ ἐπιδεχομένοις, καὶ ἐφ' οἷς μήτε ἀρχὴ καθέστηκε μήτε νόμοι κεῖνται τοῖς ἄρχουσι καθ' οὓς εἰσάξουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ἡ πρώτη κατάστασις γίγνεται, καὶ ἐφ' οἷς τῷ μὲν φεύγοντι, ἐὰν ἁλῷ, μέγισται ζημίαι ἐπίκεινται, ὁ δὲ διώκων, ἐὰν μὴ ἕλῃ, οὐδὲν ζημιοῦται, πλὴν ἓἂν τὸ ε' μέρος τῶν ψήφων μὴ μεταλάβῃ· τότε γὰρ χιλίας ἐκτίνει· τὸ δὲ παλαιὸν καὶ οὗτοι μειζόνως ἐκολάζοντο. ἑτέρα δὲ εἰσαγγελία λέγεται ἐπὶ ταῖς κακώσεσιν· αὗται δ' εἰσὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ τῷ διώκοντι ἀζήμιοι, κἂν μὴ μεταλάβῃ τὸ ε' μέρος τῶν ψήφων. ἄλλη δὲ εἰσαγγελία ἐστὶ κατὰ τῶν διαιτητῶν· εἰ γάρ τις ὑπὸ διαιτητοῦ ἀδικηθείη, ἐξῆν τοῦτον εἰσαγγέλλειν πρὸς τοὺς δικαστάς, καὶ ἁλοὺς ἠτιμοῦτο.* Matthiae misc. philol. I p, 243 n. 25. A. W. Heffterus de jurisdict. Athen. p. 192—195. — M. H. Hudtwalcker de diact. Athen.

καὶ τοῦτό ἐστιν οιον τὸ ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν διατριβαῖς μελετώμενον, τὸ τῶν ἀγράφων ἀδικημάτων. Jure censet Schoem. l. l. p. 184, certissimum esse, ἀγράφων ἀδικημάτων nomen, quod apud nullum antiquum scriptorem inveniatur, solis rhetorum ac sophistarum ingeniis deberi. Quas subtiliter sejunxit auctor lex. rhet. Cantabr. sententias Caecilii et Theophrasti, eas conjunxit et confudit Poll. VIII, 51: ἡ δ' εἰσαγγελία τέτακται ἐπὶ τῶν ἀγράφων δημοσίων ἀδικημάτων. κατὰ τὸν νόμον εἰσαγγελτικόν .... (ἀμφοτέρως γὰρ λέγουσιν), ὃς κεῖται .... περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι, ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται ἢ ἄρχων ἢ ῥήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγγελία δίδοται κατ' αὐτοῦ· κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολήν, ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ[1]) τὸ δὲ τίμημα, ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. ἐγίγνοντο δὲ εἰσαγγελίαι καὶ κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον ἢ ῥητόρων μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ λεγόντων ἢ πρὸς τοὺς πολεμίους ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων, ἢ προδόντων φρούριον ἢ στρατιὰν ἢ ναῦς, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ [δ'] περὶ νόμων. Obtemperant Polluci Schoem. de comit. p. 188 sqq. Meierus de lit. att. p. 262 sqq. E. Platnerus de lit. et accus. attic. I. p. 365. Schoemannus autem postquam Desiderii Heraldi interpretationem ἀγράφων ἀδικημάτων refutavit, quod repetere non necessarium est, pergit p. 188 sq. ‚videlicet iu omnibus publicis maleficiis inscriptis εἰσαγγελία locum habebat, non autem illa sola erant et praeterea nulla, in quibus locum haberet. Quin nemo est, qui non sua sponte intelligat multo rarissima esse oportere ejusmodi delicta, quae certis legibus cauta non sint, aut ad quae legum praescriptiones non sine difficultate applicari queant; illa contra longe frequentiora, in quibus propter hominum, rerum, temporum condicionem ordinaria ac vulgaris judiciorum ratio deserenda esse videretur. Atque nimio saepius, quam opus erat, id faciendum videbatur potentibus factiosisque hominibus, qui deferendis ad senatum populumque criminibus, etiam levioribus, aut sibi majorem

[1]) cf. [Dem.] XLVII §§. 42, 43.

gratiam atque auctoritatem quaererent, aut adversariis majorem invidiam atque periculum creare studerent. Et libenter plerumque accipiebantur ejusmodi delationes ab hominibus imperitis, suspicacibus, majestatem suam ac popularem statum etiam levissimis ex causis imminutum et labefactatum iri timentibus, aut publicatis reorum bonis aerarium augeri cupientibus. In universum autem quibus praecipue de causis *εἰσαγγελίαι* institui solitae sint, Julius Pollux docet'. (subsequuntur *ἐγίγνοντο δέ — περὶ νόμων.*) Mirum est, quod etiam Boehneckius, cui Hyperidis Euxenippea non ignota fuit, in eadem permanserit sententia; de Dem. Lyc. Hyp. I. p. 41 ita definit *εἰσαγγελίαν*, esse actionem inusitatam in nova et extraordinaria delicta, quae legibus non cauta sint, deinde in magna et aperta crimina, quae afferat *νόμος εἰσαγγελτικός;* addit Hyp. pro Eux. c. 23. Ut meam de hac quaestione proferam sententiam: in lege *εἰσαγγελτικῇ* quae crimina enumerata erant, ea tantum per *εἰσαγγελίαν* deferre licuit. Hoc ut demonstrem, duo affero argumenta; ac primum quidem Hyperidis verba haec sunt pro Eux. c. 22: *διὰ τοῦτο γὰρ ὑμεῖς ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἀδικημάτων, ὅσα ἔστιν ἐν τῇ πόλει, νόμους ἔθεσθε χωρὶς περὶ ἑκάστου αὐτῶν. ἀσεβεῖ τις περὶ τὰ ἱερά· ἀρχὴ —— τῶν ἕνδεκα καθέστηκε. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀδικημάτων ἁπάντων καὶ νόμους καὶ ἀρχὰς καὶ δικαστήρια τὰ προσήκοντα ἑκάστοις αὐτῶν ἀπέδοτε. ὑπὲρ τίνων οὖν οἴεσθε δεῖν τὰς εἰσαγγελίας γίγνεσθαι; τοῦτ' ἤδη καθ' ἕκαστον ἐν τῷ νόμῳ ἐγράψατε, ἵνα μὴ ἀγνοῇ μηδείς;* sequuntur verba legis cf. c. 49. Priusquam alterum adjiciam argumentum refutanda est Schoemanni sententia de causa Leocratea. Citatis hujus orationis §§. 9. et 10.[1]) addit: quid enim ista, quae lex uno nomine

[1]) *ὅσα μὲν γὰρ τῶν ἀδικημάτων νόμος τις διώρικε, ῥᾴδιον τούτῳ κανόνι χρωμένους κολάζειν τοὺς παρανομοῦντας ὅσα δὲ μὴ σφόδρα περιείληφεν ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύσας, μείζω δὲ τούτων τις ἠδίκηκεν, ἅπασι δὲ ὁμοίως ἔνοχός ἐστιν, ἀναγκαῖον τὴν ὑμετέραν κρίσιν καταλείπεσθαι παράδειγμα τοῖς ἐπιγιγνομένοις.*

non comprehendat, delicta, quae majora sunt iis, de quibus leges nominatim statuerint, quid haec esse dicamus, nisi extraordinaria atque inscripta? Atque cum ejusmodi esse contendat orator ea delicta, quorum accusatur ab eo Leocrates, delatus autem sit Leocrates per *εἰσαγγελίαν*, haec dici potest *εἰσαγγελία ἀγράφων ἀδικημάτων*. Sed errare mihi videtur vir doctissimus: per *εἰσαγγελίαν προδοσίας* accusatus est Leocrates. Id luculenter elucet e §. 59: *ἥξει δ' ἴσως ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λόγον φερόμενος, ὃν αὐτῷ συμβεβουλεύκασί τινες τῶν συνηγόρων, ὡς οὐκ ἔνοχός ἐστι τῇ προδοσίᾳ· οὔτε γὰρ νεωρίων κύριος οὔτε πυλῶν οὔτε στρατοπέδων οὔθ' ὅλως τῶν τῆς πόλεως οὐδενός. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τοὺς μὲν τούτων κυρίους μέρος ἄν τι προδοῦναι τῆς ὑμετέρας δυνάμεως, τουτονὶ δ' ὅλην ἔκδοτον ποιῆσαι τὴν πόλιν.* Praecidere studet orator defendendi praesidium, legis verba de proditione ad eos tantum pertinere, quibus commissa sit a populo urbs vel castellum etc. Quid inde intelligimus? *εἰσαγγελίαν*, si instituta sit in crimen in legibus nominatim non commemoratum, non fuisse *καινοῦ ἀδικήματος*, sed applicatam esse ad certam legis partem. Cujus rei luculentissimum est exemplum, quod moechum Lycophronem accusavit Lycurgus per *εἰσαγγελίαν καταλύσεως τοῦ δήμου*. Accedant quae leguntur in inscr. nav. XV. XVI 103 sq. Boeckh. de inscr. nav. p. 534. Cephisodorus debuerat armamenta lignea decem triremium, quae fratri heredi Sopolidi reddere opus erat; causam exposuit Boeckh. l. l. p. 212. 213; partem debiti solvit eo, quod respublica remorum, quos possedit Sopolis, pretium deducebat de pecunia debita. Decretum est a senatu: *ἐὰν δὲ οἱ τῶν νεωρίων ἄρχοντες οἱ ἐφ' Ἡγησίου ἄρχοντος παραλαβούσης τῆς πόλεως τοὺς κωπέας μὴ ἀναγράψωσιν εἰς τὴν στήλην, ἢ ὁ γραμματεὺς τῶν ἕνδεκα μὴ ἀπολείψῃ ἀπὸ τοῦ ὀφλήματος τοῦ Σωπόλιδος τὸ γιγνόμενον τῶν κωπέων κατὰ τὰ ἐψηφισμένα τῇ βουλῇ, ὀφειλέτω ἕκαστος αὐτῶν* XXX *δραχμὰς τῷ δημοσίῳ, καὶ ὑπόδικος ἔστω Σωπόλιδι καὶ τοῖς Σωπόλιδος οἰκείοις τῆς*

βουλεύσεως τοῦ ἀργυρίου τῆς τιμῆς τῶν κωπέων, ὧν ἂν η πόλις παρειληφυῖα ᾖ παρὰ Σωπόλιδος καὶ τῶν οἰκείων τῶν Σωπόλιδος· εἶναι δὲ καὶ εἰσαγγελίαν αὐτῶν εἰς τὴμ βουλὴν, καθάπερ ἐάν τις ἀδικῇ περὶ τὰ ἐν τοῖς νεωρίοις; decrevit igitur senatus, si navalium administratores non inscriberent columnae remorum pretium, idque non deduceret de debito scriba undecim virorum, eos teneri per *εἰσαγγελίαν*, idque non sic simpliciter, sed per *εἰσαγγελίαν* eam, quae locum haberet *ἐάν τις ἀδικῇ περὶ τὰ ἐν τοῖς νεωρίοις*. Apparet igitur, in ipso *νόμῳ εἰσαγγελτικῷ* crimina per *εἰσαγγελίαν* persequenda fuisse definita, in alia autem eandem adhiberi non potuisse nisi ea condicione, ut actor ad aliquam legis partem sese applicaret.

Probum est ac verum, quod Harpocration tradit de delatione *ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ δημοσίοις ἀδικήμασι μεγίστοις*[1]) *καὶ ἀναβολὴν μὴ ἐπιδεχομένοις καὶ ἐφ' οἷς μήτε ἀρχὴ καθέστηκε, μήτε νόμοι κεῖνται τοῖς ἄρχουσι, καθ' οὓς εἰσάξουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ἡ πρώτη κατάστασις ἔστω* [*ἐστί* Schoem.] cf. Hyp. l. l. *ἐάν τις, φησὶ, τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καταλύῃ· — εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί· ἡ γὰρ τοιαύτη αἰτία οὐ παραδέχεται σκῆψιν οὐδεμίαν οὐδενὸς οὐδ' ὑπωμοσίαν, ἀλλὰ τὴν ταχίστην αὐτὴν δεῖ εἶναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ.*

Nunc eo progrediamur, ut legem *εἰσαγγελτικὴν* quoad licet e testimoniis et singulis exemplis componamus.

Quod Boehneckius Dem. Lyc. Hyp. I p. 42 monet, partem tantum legis traditam exstare apud Hyperidem, comprobatur et aliis causis et verbis quibusdam legis in inscr. nav. XV. XVI. servatis; Hyperides eam usque ad ea verba affert, quae ad causam Euxenippeam spectant, de qua suo loco tractabo; fere eadem tradunt e Theophrasti libris *περὶ νόμων* Pollux. l. l. et auctor lex. rhet. Cantabr. inter legis verba

---

[1]) Moschopulos op. gr. p. 51 ed. Tietz.: *εἰσαγγελίας ὁ τῶν δημοσίων καὶ μεγάλων μηνυτής· καὶ εἰσαγγελία δημοσίου δίκης ὄνομα.*

causis quibusdam interpositis, quae ad singulas partes legis applicatae erant.

Initium faciam ab Hyperide et ita instituam rem, ut singulis legis partibus eas adscribam *εἰσαγγελίας*, quas eo trahendas esse arbitror.

I. *ἐάν τις τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καταλύῃ ἢ συνίῃ ποι ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου ἢ ἑταιρικὸν συναγάγῃ.*
cf. Poll. l. l. *κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον.*
auct. lex. rhet. Cantabr. *ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον.*

Duorum criminum insimulatus est Alcibiades Isocr. XVI, 6: *εἰδότες δὲ (οἱ τοῦ πατρὸς ἐχθροὶ) τὴν πόλιν τῶν μὲν περὶ τοὺς θεοὺς μάλιστ' ἂν ὀργισθεῖσαν, εἴ τις εἰς τὰ μυστήρια φαίνοιτο ἐξαμαρτάνων, τῶν δ' ἄλλων, εἴ τις τολμώῃ τὸν δῆμον καταλύειν, ἀμφοτέρας ταύτας συνθέντες τὰς αἰτίας, εἰσήγγελλον εἰς τὴν βουλὴν λέγοντες ὡς ὁ πατὴρ συνάγει μὲν τὴν ἑταιρίαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν, οὗτοι δὲ ἐν τῇ Πολυτίωνος οἰκίᾳ συνδειπνοῦντες τὰ μυστήρια ποιήσειεν* cf. Diod. Sic. XIII. 5: *διέβαλον αὐτὸν ἐν ταῖς δημηγορίαις ὡς συνωμοσίαν κατὰ τοῦ δήμου πεποιημένον;* contraxerat Alcibiades sodalitatem ad evertendum statum popularem et profanaverat mysteria. Errat Schoem. de com. p. 190, qui prioris criminis accusationem ordinariam *γραφήν* ad thesmothetas fuisse concludit e [Dem.] XLVI, 26, cum subditicius sit hic locus. Quid de *ἀσεβείας* crimine judicandum sit, videbimus paullo infra.

Δήμου καταλύσεως Callimedontem accusavit Demosthenes cf. Din. I, 94: *Καλλιμέδοντα εἰσαγγέλλων συνιέναι ἐν Μεγάροις τοῖς φυγάσιν ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου καὶ ταύτην τὴν εἰσαγγελίαν εὐθὺς παραχρῆμα ἀναιρούμενος.*

Scholiasta ad Dem. XXIV, 63: *εἰσαγγελία δέ ἐστιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν καταλυόντων τὴν δημοκρατίαν καθ' οἷον δήποτε τρόπον.* Titulus spuriae orationis Dinarcheae (XXXI ap. C. Muellerum or. att. II) est *κατὰ Τιμοκράτους εἰσαγγελτικὸς (λόγος) δήμου καταλύσεως.* Dion. Halic. antiqq. rom. VI. c. 61, 22 id ad res romanas transtulit non immemor

hujus peculiaris significationis: *ἀλλ' ἐπειδὴ τυραννίδι αὐτὸν ἐπιχειρεῖν εἰσηγγείλατε* etc.

Lycophronem moechum per *εἰσαγγελίαν καταλύσεως τοῦ δήμου* accusavit Lycurgus cf. Hyp. pro Lyc. c. X: *καὶ ἐμὲ μὲν αἰτιᾷ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ καταλύειν τὸν δῆμον παραβαίνοντα τοὺς νόμους.* Suid. s. v. *μοχθηρία· ἡ κακία· ὡς Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος ,οὐ γὰρ ὅσιον τοὺς γεγραμμένους νόμους, δι' ὧν ἡ δημοκρατία σώζεται, παραβαίνοντα, ἑτέρων δὲ μοχθηρῶν ἐξηγητὴν ἐθῶν καὶ νομοθέτην γενόμενον ἀτιμώρητον ἀφεῖναι.*

II. *ἐάν τις πόλιν τινὰ προδῷ ἢ ναῦς ἢ πεζὴν ἢ ναυτικὴν στρατιάν·*

Poll. l. l. *ἢ προδόντων φρούριον ἢ στρατιὰν ἢ ναῦς.* auct. lex. rhet. Cantabr. *ἐάν τις προδιδοὺς χωρίον* [*προδιδᾷ φρούριον* Meierus ind. schol. Halens. 1844] *ἢ ναῦς ἢ πεζὴν στρατιάν. φρούριον* est etiam ap. Lys. XXXI, 26.

Proditionis *εἰσαγγελίας* quattuor debemus Hyperidi pro Eux. c. XVIII, 8 sqq.: *τὸ μὲν γὰρ πρότερον εἰσηγγέλλοντο παρ' ὑμῖν Τιμόμαχος καὶ Λεωσθένης καὶ Καλλίστρατος καὶ Φίλων ὁ ἐξ Ἀναίων καὶ Θεότιμος ὁ Σηστὸν ἀπολέσας καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ναῦς αἰτίαν ἔχοντες προδοῦναι, οἱ δὲ πόλεις Ἀθηναίων, ὁ δὲ ῥήτωρ ὢν λέγειν μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ.*

Timomachus Acharnensis *αἰτίαν ἔσχεν ὡς προδιδοὺς Κότυϊ τὴν Χερρόνησον· κατεγνώσθη δὲ θανάτου· οὕτως ὁ Ἀπολλώνιος.* schol. ad Aesch. I. 56 cf. Dem. XIX, 180 *ἡλίκον ἔστ' ἀδίκημα τὸ Θρᾴκην καὶ τὰ τείχη προέσθαι, μυρί' ἂν εἴη λέγειν· καὶ ὅσοι διὰ ταῦτ' ἀπολώλασι παρ' ὑμῖν, οἱ δὲ χρήματα πάμπολλ' ὠφλήκασιν, οὐ χαλεπὸν δεῖξαι, Ἐργόφιλος, Κηφισόδοτος, Τιμόμαχος* etc. cf. Dem. XXXVI, 53.

Leosthenes, diversus a duce belli Lamiaci cf. Gravert. anall. histor. et philol. p. 233, rem ad Peparethum insulam contra Alexandrum Pheraeum male gesserat. Diod. Sic. XV. 95: *οἱ Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες τοῦ Λεωσθένους ὡς προδότου*

θάνατον κατέγνωσαν καὶ τὴν οὐσίαν ἐδήμευσαν. Hoc factum est Ol. 104, 4.

Philon ex Anaeis [1]) non est notus. Schneidewinus in

---

[1]) Lavesius (progr. Lyck. a. 1864 de Hyperide p. 7) scribere vult: *τὸ μὲν γὰρ πρότερον — Λεωσθένης καὶ Κάλλιππος ὁ Φίλωνος ὁ Αἰξωνεὺς καὶ Θεότιμος ὁ Σηστὸν ἀπολέσας καὶ Καλλίστρατος* deletis *καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι* verbis. Callippus fuit, quem Callistratum oratorem ex Macedonia, ubi exsulabat, in Thasum insulam ducere jussit Timomachus cf. Dem. L, 48: *μέλλεις γάρ, ἔφη, ἄγειν ἄνδρα φυγάδα, οὗ Ἀθηναῖοι θάνατον δὶς κατεψηφίσαντο, Καλλίστρατον ἐκ Μεθώνης εἰς Θάσον ὡς Τιμόμαχον τὸν κηδεστὴν, ὡς ἐγὼ, ἔφη, πέπυσμαι τῶν παίδων τῶν Καλλίππου;* eundem ab Appollodoro accusatum non sustinuisse judicium intelligitur e Dem. XXXVI, 53: *οὐχὶ Καλλίππου τοῦ νῦν ὄντος ἐν Σικελίᾳ;* Sed quaeramus, quid emolumenti nascatur ex hac conjectura. Excepto Callistrato oratore erant *οἱ μὲν ναῦς, οἱ δὲ πόλεις προδοῦναι αἰτίαν ἔχοντες;* de nave vel urbe a Callippo prodita nihil compertum habemus. Est igitur non magis dilucida Callippi res, quam Philonis; deinde verbis Demosthenicis *τοῦ νῦν ὄντος ἐν Σικελίᾳ* nolim nimis tribui. Sane potest ex his concludi, Callippum judicium non sustinuisse et fuga quaesivisse salutem; sed eum non invitum Athenas reliquisse non caret omni probabilitate: cum Dion, qui apud Callippum habitaverat, cum mercennariis in Siciliam insulam reverteretur, ut Syracusas oppugnaret, potuit Callippus sponte sua eum comitari cf. Plut. Dion. c. 17. Corn. Nep. Dion. c. VIII per errorem Callicratem appellat, cui jam van Staveren ad h. l. Callippum restituit; cf. Schaef. l. l. III app. p. 159. 4. 9. 10. Offendit Lavesius in ordine nominum, qua de causa extremo loco posuit Callistrati nomen, ut responderet verbis *καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ναῦς αἰτίαν ἔχοντες προδοῦναι, οἱ δὲ πόλεις Ἀθηναίων, ὁ δὲ ῥήτωρ ὧν λέγειν μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ.* ‚Librarius pro Callippo scripsit Callistratum, quod nomen in proximis viderat, ita ut hoc nomen bis positum esset; alius quidam pro altero Callistrato substituit *ἕτεροι τοιοῦτοι* et e verbis *Καλλίστρατος ὁ Φίλωνος ὁ Αἰξωνεύς* fecit *Καλλίστρατος καὶ Φίλων ὁ ἐξ Ἀναίων,* ut quinque exstarent nomina, quae necessaria erant propter proxima: *οἱ μὲν — οἱ δὲ — ὁ δὲ*'. Sane hoc non inepte excogitatum est; sed Hyperides de malo hujus legis usu indignatus calide iracundeque dicit, memoriter gravissimas quasdam affert denuntiationes additque *ἕτεροι τοιοῦτοι,* ut significet ceteros, qui per *εἰσαγγελίαν* delati essent, simile quoddam deliquisse; deinde in universum delicta narrat eorum, quorum nomina dixerat ac de industria quid orator commiserit, extremo loco posuisse mihi videtur, quod ex eo gravissimum

edit. Hyp. or. pro Lyc. et Eux. p. 40 cum Babingtonem errasse censeat, qui eum Anaea illa, quae urbs Samo insulae opposita fuit, oriundum arbitratur, quod h. l. pagus Atticus requiratur, proponit *ὁ Αἰξωνεύς* vel *Ἀνακαιεύς* vel *ὁ Ξυπεταιών*. Sed summo jure monet A. Schaeferus Jahn. annal. vol. LXVIII p. 35 peregrinum Atheniensium ducem esse non offendere.

Theotimus *ὁ Σηστὸν ἀπολέσας*. Ol. 104, 4 penes Athenienses fuisse hanc urbem apparet e Dem. L, 17; paullo post ab Abydenis et Cotye occupata, sed Ol. 106, 3 s. 4 recepta est a Charete; Dem. XXIII, 158: *ἐκ γὰρ Ἀβύδου τῆς τὸν ἅπαντα χρόνον ὑμῖν ἐχθρᾶς, καὶ ὅθεν ἦσαν οἱ Σηστὸν καταλαβόντες, εἰς Σηστὸν διέβαινεν* (*ὁ Χαρίδημος*), *ὃν εἶχε Κότυς* cf. Weberi Aristocrateam p. 452. Diod. Sic. XVI, 34: *Χάρης δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς εἰσπλεύσας εἰς Ἑλλήσποντον, καὶ Σηστὸν πόλιν ἑλών* etc. De Theotimo non videtur aliunde constare cf. Schaef. l. l. I p. 136. 4.

Aesch. III, 51. 52: *ἢ τὰ περὶ τὴν Κηφισοδότου στρατηγίαν καὶ τὸν τῶν νεῶν ἔκπλουν — — οὐκ ὤκνησεν ἀπ᾽ εἰσαγγελίας αὐτοῦ κρινομένου περὶ θανάτου κατήγορος γενέσθαι.* schol. ad l. l.: *ἐπ᾽ ἄρχοντος Καλλιμήδους — Ἀθηναῖοι δύναμιν εἰς Ἑλλήσποντον ἐξέπεμψαν καὶ στρατηγὸν ἐπ᾽ αὐτῇ Κηφισόδοτον, ὃς ναυμαχήσας Λαμψακηνοὺς εἰσηγγέλθη ὡς προδεδωκὼς καὶ ἐθελοκακήσας καὶ διὰ κακίαν ἡττηθεὶς τὴν ναυμαχίαν* etc. cf. Dem. XXIII, 167.

Aesch. III, 171: *Γύλων ἦν ἐκ Κεραμέων. οὗτος προδοὺς τοῖς πολεμίοις Νύμφαιον τὸ ἐν τῷ Πόντῳ, τότε τῆς πόλεως ἐχούσης τὸ χωρίον τοῦτο, φυγὰς ἀπ᾽ εἰσαγγελίας ἐκ τῆς πόλεως ἐγένετο* [*θανάτου καταγνωσθέντος αὐτοῦ*] *τὴν κρίσιν οὐχ ὑπομείνας* etc. mendosa esse haec verba, primo oculorum obtutu apparet; cf. Bakium in scholic. hypomnem. vol. IV p. 328: ‚in quibusdam libris omittitur *ἀπ᾽ εἰσαγγελίας*.

---

petiit praesidium in defendendo Euxenippo, esse eum *ἰδιώτην*, non oratorem. *ἕτεροι τοιοῦτοι* denuo recipiuntur verbis *οὔτ᾽ ἄλλοι πολλοὶ τῶν εἰσαγγελλομένων*.

Tamen non dedecet hanc formam judicii instituendi, quae propria erat criminis *προδοσίας*, diserte commemorari; tantumdem valet ac si dixisset *εἰσαγγελθείς* i. e. simul atque *εἰσαγγελία* in eum instituta erat: ita supra §. 79. Sed quod subjicitur *θανάτου καταγνωσθέντος αὐτοῦ* praeposterum est propter sequentia, quasi judicium non exspectasset, postquam mortis damnatus esset. Hinc suspicor illa verba omittenda esse, quum praesertim §. 172 tanquam nulla ante ejus rei facta mentione dicatur *θάνατον γὰρ αὐτοῦ τῶν προγόνων κατέγνωτε*'. —

De multa proditionis cf. Dem. XX, 79: *μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν ἢ ναῦς δέκα μόνας, περὶ προδοσίας ἂν αὐτὸν εἰσήγγελλον οὗτοι καὶ εἰ ἑάλω, τὸν ἅπαντ' ἂν ἀπωλώλει χρόνον.* Quamquam *εἰσαγγελίας* mentio non facta est, tamen ad legem *εἰσαγγελτικήν* spectare arbitror Lys. XXXI, 26: *ἄξιον δὲ καὶ τόδε ἐνθυμηθῆναι, ὅτι εἰ μέν τις φρούριόν τι προὔδωκεν ἢ ναῦν ἢ στρατόπεδόν τι, ἐν ᾧ μέρος τι ἐντύγχανε τῶν πολιτῶν ὄν, ταῖς ἐσχάταις ἂν ζημίαις ἐζημιοῦτο.*

Huc pertinet etiam Leocratis causa, quam jam attigimus. Pugna apud Chaeroneam commissa Athenas reliquerat Leocrates et Rhodum se contulerat; inde Megaram profectus frumentariam negotiationem exercuerat et in Thessaliam et Corinthum frumentum venditaverat. Sex annis intermissis eum Athenas reversum proditionis accusavit Lycurgus per *εἰσαγγελίαν;* sane neutrum criminum a Leocrate commissorum per se ipsum *προδοσία* appellari potuit, tamen eum proditionis accusavit, quod patriam in summis periculis versantem deseruisset. cf. Aesch. III, 252: *ἕτερος δ' ἰδιώτης ἐκπλεύσας εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρώην ποτὲ εἰσηγγέλθη* etc. schol. ad l. l.: *τὸν Λεωκράτην νοεῖ, οὗ κατηγόρησε Λυκοῦργος.* Fortasse etiam Autolycus per *εἰσαγγελίαν* proditionis accusatus est, cum decretum esset, ut ii, qui patriam desererent, proditionis tenerentur cf. Lyc. in Leocr. 53: *ἔτι δὲ ὁ δῆμος — ἐψηφίσατο ἐνόχους εἶναι τῇ προδοσίᾳ τοὺς φεύγοντας τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος κίνδυνον*

ἀξίους εἶναι νομίζων τῆς ἐσχάτης τιμωρίας; praeterea argum. huj. or. extr. *ἔοικε δὲ ἡ τοῦ λόγου ὑπόθεσις τῇ τοῦ κατὰ Αὐτολύκου;* admodum probabile est propter hoc testimonium, eodem delationis genere in utraque causa usum esse Lycurgum. Nissenus de Lyc. or. vit. et rebus gestis p. 68 etiam orationem in Lysiclem in *εἰσαγγελίᾳ* habitam esse statuit, sed jure dicit Meierus, posse etiam in *εὐθύναις* esse peroratam.

Etiam duces Atheniensium, qui post proelium ad Arginusas commissum mortuos mari non sustulerant, per *εἰσαγγελίαν* proditionis accusati esse videntur cf. Xenoph. hist. gr. I, 7. Lys. XII, 36.

Dionys. Halic. de Din. jud. c. 10 affert Dinarchi *εἰσαγγελίαν κατὰ Πιστίου* cf. Ps. Plut. p. 843 A; ea fortasse huc pertinet cum Din. I, 52 Pistiam dicat esse *πονηρὸν καὶ προδότην.* Sed res perspicua non est.

Proditiones tenebantur etiam ii imperatores, qui socios vexaverant vel naves eorum praedati erant vel peculatum fecerant. Hujus generis est Ergoclis causa, Lys. XXVIII, 1: *καὶ γὰρ πόλεις προδεδωκὼς φαίνεται καὶ προξένους καὶ πολίτας ὑμετέρους ἠδικηκὼς καὶ ἐκ πένητος ἐκ τῶν ὑμετέρων πλούσιος γεγενημένος* cf. §§. 12. 17.

Dem. VIII, 28: *εἰ γὰρ δεινὰ ποιεῖ Διοπείθης καὶ κατάγει τὰ πλοῖα, μικρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν πινάκιον ταῦτα πάντα κωλῦσαι δύναιτ' ἄν, καὶ λέγουσιν οἱ νόμοι ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας εἰσαγγέλλειν* etc.

Fortasse huc referre licet, quam peculatus contra Aristionem, Philinum, Ampelinum, scribam thesmothetarum *εἰσαγγελίαν* instituit is, cui sextam orationem scripsit Antiphon VI §§. 21. 35 et quam Isaeus commemorat IV, 28 *πάλιν ἀπογραφεὶς εἰς τὴν βουλὴν κακουργῶν ὑποχωρῶν ᾤχετο; ἀπογραφείς* intelligunt Meierus et Schoemannus de lit. Att. p. 254 n. 31 *εἰσαγγελθείς.*

auct. lex. rhet. Cantabr.:[1]) *ἢ ἐάν τις εἰς τοὺς πολεμίους ἀφικνῆται ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι παρὰ τοῦ δήμου ἢ ἐνοικῇ παρ' αὐτοῖς ἢ στρατεύηται μετ' αὐτῶν δῶρα λαμβάνων· συνομολογεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου* (sc. *λεγομένοις*) *ἡ τοῦ Θεμιστοκλέους εἰσαγγελία, ἣν εἰσήγγειλε κατὰ Κρατερὸν Λεωβότης Ἀλκμαίωνος Ἀγρυλῆθεν.*

---

[1]) cod. Galeanus: *ἢ ἐάν τις εἰς τοὺς πολέμους ἀφικνεῖται ἢ νικοίη παρ' αὐτοῖς ἢ στρατεύηται μετ' αὐτῶν, ἢ δῶρα λαμβάνῃ· συνομολογεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου, εἴτε Θεμιστοκλέα εἰσαγγέλ ἢ εἰσήγγειλε Κρατερὸς Λεσβώτης Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν. ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι παρὰ τοῦ δήμου* e Pollucis libris adjecit Meierus, ‚cum uterque sua se a Theophrasto mutuatum esse profiteatur, alter per alterum grammaticum redintegrari potest'. Schneidewinus ed. Hyp. oratt. pro Eux. et Lyc. p. 42 nihil addidit. Meierus pro *νικοίη* in textum restituit *μισθοφορῇ*, probabilius conjecit Schneidew. *ἐνοικῇ*. Ad *δῶρα λαμβάνῃ* addidit Meierus e Dem. XXI, 113 *ἐπὶ βλαβῇ τοῦ δήμου*, sed subditicia est ea lex, e qua haec verba petivit. Dem. XIX, 7 commemorat lege cautum fuisse *ἁπλῶς μηδαμῶς δῶρα λαμβάνειν*, ne quis omnino dona acciperet, sed hoc ad oratores tantum pertinuisse videtur cf. Meier. et Schoem. de lit. Att. p. 352; *εἰσαγγελία* donorum acceptorum causa vix aliter institui poterat, nisi ea in perniciem reipublicae accepta esse viderentur, ita ut quispiam tate delictum committeret, qualia modo commemorata sunt. In emendandis verbis *εἴτε Θεμιστοκλέα εἰσαγγέλ ἢ εἰσήγγειλε Κρατερὸς Λεσβώτης* etc. varia adjumenta ab arte divinandi petiverunt viri docti; Meierus in Erschii et Gruberi encycl. p. 184 s. v. ostracismus: *ὅτι Θεμιστοκλέα εἰσήγγειλε κατὰ Κρατερὸν Λεωβότας Ἀλκμ. Ἀγραυλῆθεν* ratione non habita traditum esse *εἰσαγγέλ ἢ εἰσήγγειλε*. Schneidew. l. l. *ἢ εἰς Θεμιστοκλέα εἰσαγγελία, ἣν εἰσήγγειλε Λεωβότης Ἀλκμ. Ἀγρυλῆθεν*. Sed primum quidem nescio, quo jure omiserit *κατὰ Κρατερόν*, quod subtiliter investigavit Meierus; de Crateri *συναγωγῇ ψηφισμάτων* cf. Meinekii epimetr. I. ad Aristophanem Byzantium. Niebuhrii script. min. p. 225. Krügeri stud. histor. philol. p. 118.; deinde non potest dici *εἰσαγγελία εἰς Θεμιστοκλέα*; dicitur *εἰσαγγέλλειν εἰς βουλήν, εἰς ἄρχοντα* (cf. Isaeum II, 62), similiter *ἀπογράφεσθαι εἰς βουλήν* (cf. Isaeum IV, 28), *γράφεσθαι εἰς Ἄρειον πάγον* (cf. Aesch. III, 51) etc., neque tamen *εἰσαγγέλλειν* s. *εἰσαγγελία εἴς τινα* ut significetur is, qui defertur per *εἰσαγγελίαν*. cf. Din. XV. *κατὰ Πιστίου εἰσαγγελία*. Bait. et Saupp. O. A. II p. 331. Mihi scribendum esse videtur *ἡ τοῦ Θεμιστοκλέους εἰσαγγελία, ἣν εἰσήγγειλε κατὰ Κρατερὸν Λεωβότης Ἀλκμαίωνος Ἀγρυλῆθεν.*

Corn. Nep. Themist. VIII Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Persarum ad Graeciam opprimendam fecisset cf. Plut. Them. c. 23: *ὁ δὲ γραψάμενος αὐτὸν προδοσίας Λεωβότης ἦν Ἀλκμαίωνος Ἀγρυλῆθεν ἅμα συνεπαιτιωμένων τῶν Σπαρτιατῶν.* Plut. Arist. c. 25: *οὐκ ἐμνησικάκησεν, ἀλλ' Ἀλκμαίωνος καὶ Κίμωνος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐλαυνόντων καὶ κατηγορούντων μόνος Ἀριστείδης οὔτ' ἔπραξέ τι οὔτ' εἶπε φαῦλον.* Dubitanter conjecit Meierus l. l. *ἀλλὰ Λεωβότου τοῦ Ἀλκμαίωνος.* Ridicula est causa, cur hoc fecerint Lacedaemonii, quam affert Diod. Sic. XI, 54. Spectat igitur haec causa ad proditionis *εἰσαγγελίας*, quas modo attuli.

Poll. l. l. *κατὰ τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων*

Etiam ejusmodi delicta per *εἰσαγγελίαν* deferri posse, nonnullis probatur testimoniis; has denuntiationes autem *εἰσαγγελίας* non *παραπρεσβείας*, sed *προδοσίας* fuisse, luculenter apparet e causa Antiphontis. Alloquitur Aeschines Demosthenem II, 139: *πρεσβεύοντος ἐμοῦ τὴν τρίτην ἤδη πρεσβείαν ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων, ἐφ' ἣν τολμᾷς με λέγειν ὡς οὐ χειροτονηθεὶς ᾠχόμην, ἐχθρὸς δ' ὢν οὔπω καὶ τήμερον ἠθέληκάς με εἰσαγγεῖλαι παραπρεσβεύσασθαι;* Dem. XIX, 103 sqq. de legatione male gesta ad Philippum: *εἴ γέ τι τῶν προσηκόντων ἐγίγνετο, ἐν εἰσαγγελίᾳ πάλαι ἂν ἦν* cf. Dem. XIX, 127 sq. de poena ejus, qui hoc commiserat: *ὑπολογισάμενος οὔθ' ὅτι πρεσβευτὴς ἄλλος ᾑρητο ἀνθ' αὑτοῦ, οὔθ' ὅτι τῶν τοιούτων ὁ νόμος θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι κελεύει. — καίτοι τοῦτ', ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις, οὐδεὶς πώποτε φήσει παθεῖν οὐδένας πρέσβεις οὐδὲ Τιμαγόραν, οὗ θάνατον κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος;* accusatus erat a Leonte, quod corruptus erat in legatione a Philippo.

Reliquum est, ut causam Antiphontis Archeptolemi Onomaclis afferam. Ps. Plutarchus p. 833 E narrat hos sine publica auctoritate e castris hostilī nave vectos et per Deceleam ab hostibus occupatam pedibus profectos Lacedaemonem

tanquam legatos abiise. Per *εἰσαγγελίαν* nomina eorum delata sunt; exstat totum decretum senatus, quo judicio traditi sunt, a Caecilio servatum ap. Ps. Plut. l. l.: *Ἀρχεπτολέμου καὶ Ἀντιφῶντος τοῖν προδόταιν*. Defendit sese Antiphon oratione *περὶ μεταστάσεως* inscripta, quam eandem esse atque orationem *περὶ τῆς εἰσαγγελίας, ὃν (λόγον) ὑπὲρ αὑτοῦ γέγραφε* (Ps. Plut. p. 833 D) probabiliter censent Sauppius et Blassius hist. eloqu. gr. p. 92, 3.

III. *ἢ ῥήτωρ ὢν μὴ λέγῃ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων χρήματα λαμβάνων.*

Poll. l. l. *ἢ ῥητόρων μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ λεγόντων.*

auct. lex. rhet. Cant. *ἢ ῥήτωρ μὴ τὰ ἄριστα συμβουλεύσῃ, χρήματα λαμβάνων.*

Errat Schoemannus de com. Ath. p. 195, qui etiam Philocratem male gestae legationis accusatum esse ab Hyperide statuit; reperta pro Euxenippo oratione scimus eum reum factum esse *ῥήτορα ὄντα μὴ τὰ ἄριστα λέγειν τῷ δήμῳ χρήματα λαβόντα*. cf. Hyp. pro Eux. c. 39. Dem. XIX, 116: *ἴστε δήπου πρῴην, ὅτ' εἰσήγγειλεν Ὑπερείδης Φιλοκράτην, ὅτι παρελθὼν ἐγώ* etc. Aesch. III, 79: *ὅτι Φιλοκράτης μὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν πολιτευμάτων Δημοσθένει φυγὰς ἀπ' εἰσαγγελίας γεγένηται* cf. §. 81. Quae Marcellinus tradit Hermogenis scholiasta rhet. gr. IV. 164 W: *Φιλοκράτης ἐκμισθώσας τὰς Ὀλυνθίας γυναῖκας καὶ ἀναγκάζων φέρειν ἑαυτῷ τὸν μισθὸν, δημοσίων ἀδικημάτων φεύγει*, possunt desumpta esse ex oratione, neque tamen e libello petita esse arbitror; cf. Dem. XIX, 309: *ἔσθ' ὅστις ἂν τὸν Ἀτρεστίδαν τότε μισήσας διὰ τοὺς τῶν Ὀλυνθίων παῖδας καὶ γύναια ταὐτὰ Φιλοκράτει νῦν πράττειν ὑπέμεινεν ὃς γυναῖκας ἐλευθέρας τῶν Ὀλυνθίων ἤγαγε δευρ' ἐφ' ὕβρει καὶ οὕτως ἐπὶ τῷ βδελυρῶς βεβιωκέναι γιγνώσκεται ὥστε μηδὲν ἐμὲ αἰσχρὸν εἰπεῖν νυνὶ περὶ αὐτοῦ δεῖν μηδὲ δυσχερὲς, ἀλλὰ τοσοῦτον εἰπόντος μόνον, ὅτι Φιλοκράτης γυναῖκας ἤγαγε, πάντας ὑμᾶς εἰδέναι.*

Eodem pertinet *εἰσαγγελία* Callistrati cf. Hyp. pro Eux. c. 18.; de Callistrato cf. commentationem A. Schaeferi in philol. vol. III p. 577—609.: acclinavit se ad Lacedaemoniorum res, ut cum iis conjuncti Athenienses Thebanis resisterent, cf. [Dem.] LIX, 27: *ὅτε γὰρ Λακεδαιμονίους ὑμεῖς ἐσώζετε πεισθέντες ὑπὸ Καλλιστράτου;* Epaminonda mortuo Athenis Boeotiae partes rerum potitae sunt, a quibus Callistratus, quod orando detrimentum tulisset civitati, in judicium vocatus in exilium abiit. cf. Schaef. l. l. I p. 115. Comperimus ex Aesch. III, 223 in eo fuisse, ut Demosthenem deferret crimine non addito; probabiliter conjecit Droysenus in diar. stud. antiquit. a. 1839 p. 819 *μὴ τὰ ἄριστα συμβουλεῦσαι χρήματα λαβόντα.*

Etiam causa Androtionea (Dem. XXII.) huc referenda esse videtur, de qua subtiliter egit Schaef. l. l. I. p. 319 sqq. Dindorfius quidem eum *παρανόμων* accusatum esse censet, sed *εἰσαγγελίαν* instituisse Euctemonem et Diodorum, cui scripsit Demosthenes orationem XXII, intelligitur e Dem. XXIV, 8. 9: *ἰδὼν δὲ ἠδικηκότα κοινῇ πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ περὶ τὴν εἴσπαξιν τῶν εἰσφορῶν καὶ περὶ τὴν ποίησιν τῶν πομπείων καὶ χρήματα πολλὰ τῆς θεοῦ καὶ τῶν ἐπωνύμων καὶ τῆς πόλεως ἔχοντα καὶ οὐκ ἀποδιδόντα* etc. *τοῦ δὲ πράγματος οὐκέτ' ὄντος ἀμφισβητησίμου, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τῆς βουλῆς κατεγνωκυίας, εἶτα τοῦ δήμου μίαν ἡμέραν ὅλην ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ἀναλώσαντος, πρὸς δὲ τούτοις δικαστηρίοιν δυοῖν εἰς ἕνα καὶ χιλίους* etc.

Euxenippum accusavit Polyeuctus *μὴ τὰ ἄριστα λέγοντα ῥήτορα ὄντα;* sed non adhibendam esse hanc delationem ad Euxenippum,[1]) quippe *ἰδιώτην ὄντα,* contendit, qui eum defendit, Hyperides.

[1]) Constantino Maes-Canini p. 26, n. 51 ,mi sembra che l'accusa da Polieutto mossa ad Eusenippo di aver permesso ad Olimpiade di consacrare una tazza nel tempio, della salute, possa far suppore che Eusenippo ufficiasse in quel tempio, e per conseguenza fosse sacerdote. Hoc jam docuit A. Schaef. Jahn. annal. vol. 68 p. 31.

Fortasse hanc *εἰσαγγελίας* legis partem, quae est de oratoribus, ironice significat Lysias or. XXX, 22: *ἡ βουλὴ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα, ὅταν μὲν ἔχῃ ἱκανὰ χρήματα εἰς διοίκησιν, οὐδὲν ἐξαμαρτάνει, ὅταν δὲ εἰς ἀπορίαν καταστῇ, ἀναγκάζεται εἰσαγγελίας δέχεσθαι καὶ δημεύειν τὰ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ῥητόρων τοῖς τὰ πονηρότατα λέγουσι πείθεσθαι.* Eidem generi attribuendae sunt *εἰσαγγελίαι* eorum, qui calumniando senatum populumve in fraudem induxerant. Isocr XV, 314: *περὶ τῶν συκοφαντῶν χαλεπωτέρους ἢ περὶ τῶν ἄλλων [κακούργων] τοὺς νόμους ἔθεσαν, τοῖς μὲν γὰρ μεγίστοις τῶν ἀδικημάτων ἐν ἑνὶ τῶν δικαστηρίων τὰς κρίσεις ἐποίησαν. κατὰ δὲ τούτων γραφὰς μὲν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ' εἰς τὴν βουλὴν, προβολὰς δ' ἐν τῷ δήμῳ.* cf. auct. lex. rhet. Cantabr.: *ἔνιοι δὲ τῶν ῥητόρων εἰώθεσαν καλεῖν καὶ τὰ μὴ μεγάλα ἀδικήματα εἰσαγγελίαν· ἔστι δ' ὅτε ἐμβάλλοντες τοὺς συκοφαντουμένους (τοὺς ἐμβάλλοντας συκοφαντίαις* Meierus l. l.) *εἰσήγγειλον.*

Intelligimus ex oratione Hyperidea pro Euxenippo adhibitam esse hanc legis partem etiam ad *ἰδιώτας* cf. c. 40, 7: *σὺ δ' ἃ μὲν εἰπεῖν Εὐξένιππον φῂς οὐ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ οὐκ εἶχες γράψαι εἰς τὴν εἰσαγγελίαν, ἰδιώτην δ' ὄντα κρίνεις ἐν τῇ τοῦ ῥήτορος τάξει.* Fuit lex antiqua de iis, qui promissis, quae fecerant, non steterint, quam bis affert Demosthenes XX, 100: *ἔστι δὲ δήπου νόμος ὑμῖν, ἐάν τις ὑποσχόμενός τι τὸν δῆμον ἢ βουλὴν ἢ δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ ἔσχατα πάσχειν.* §. 135: *ἔστιν ὑμῖν νόμος ἀρχαῖος τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν, ἄν τις ὑποσχόμενός τι τὸν δῆμον ἐξαπατήσῃ, κρίνειν, κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν.* Hujus sceleris culpa tenetur Timotheus; jurejurando in contione sese obligaverat, Iphicratem accusaturum se esse *ξενίας*, sed paullo post filio ejus in matrimonium dederat filiam. [Dem.] XLIX, 66 sq.: *ὃς οὖν οὔθ' ὑμᾶς ᾐσχύνθη ἐξαπατῆσαι ὑποσχόμενος, νόμων ὄντων, ἐάν τις τὸν δῆμον ὑποσχόμενος ἐξαπατήσῃ, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ* etc. Prioribus locis Demosthenes non commemorat, *εἰσαγγελίαν* locum habere in tali

delicto; tamen potuit is, cui scripta est oratio in Timotheum eum per *εἰσαγγελίαν* deferre, si modo ad partem quandam legis applicaret accusationem; eam rettulit fortasse ad verba *μὴ τὰ ἄριστα εἰπεῖν τῷ δήμῳ*, quamquam lubenter confiteor, rem non esse perductam ad liquidum. Sireputamus, moechum teneri *καταλύσεως τοῦ δήμου, ἰδιώτην* Euxenippum accusari per *εἰσαγγελίαν ῥήτορα ὄντα μὴ τὰ ἄριστα εἰπεῖν τῷ δήμῳ*, quod ex accusatoris sententia mentitus sit somnium et falsa ad populum detulerit, concedendum est, posse etiam Timothei causam applicari ad legis verba *μὴ τὰ ἄριστα εἰπεῖν τῷ δήμῳ*. — —

IV. *ἐαν τις ἀδικῇ περὶ τὰ ἐν τοῖς νεωρίοις*. Boeckh. de inscr. naval. XV. XVI p. 534.

[Dem.] XLVII, 33 sqq. narrat is, cui scripta est oratio, se cum trierarchus suaeque symmoriae curator esset, exegisse a Theophemo, qui antea trierarchus fuisset, armamenta nautica, quae ab eo reipublicae deberentur, e senatus consulto; illum autem ea reddere recusasse; cum pignora ex ejus domo caperet, prohibuisse, pugnis contudisse. Denuntiavisse senatui de hac re, illum autem vehementer commotum eum per *εἰσαγγελίαν* accusari jussisse.

Jam antea dixi, ad quam causam haec legis verba applicari decreverit senatus. cf. Boeckh. l. l.

Has quattuor partes, ut ita dicam, servaverunt veteres; unam addere licet, cujus verba quidem ignoramus, sententiam autem conjiciendo perspicere possumus. Lex erat Athenis, ut ne quis supra quinquaginta frumenti phormos coemeret cf. Boeckh. de oec. Ath. I, 116; hanc legem frumentarii quidam migraverunt, delati sunt a prytanibus (Lys. XX, 2 *ἐπειδὴ οἱ πρυτάνεις ἀπέδοσαν εἰς τὴν βουλὴν περὶ αὐτῶν*) et senatus tam infestus fuit eorum delictis, ut non multum abesset, quin *ἀκρίτους* eos condemnaret; intercessit is, cui scripta est oratio et accusatoris partes suscepit (*κατηγορεῖ ἐν τῇ βουλῇ τῶν σιτοπωλῶν*). Quamquam in oratione ipsa *εἰσαγγελίας* vox non reperitur, tamen *εἰσαγγελία*

fuisse videtur cf. Blass. l. l. p. 466, n. 4. — Omnia crimina, quae Leocrati objecit Lycurgus, *τὰ εἰσηγγελμένα* voce complexus est; inter ea fuit *ἡ σιτήγησις*, qua novo *προδοσίας* argumento usus est: deseruisse Leocratem non solum urbem in angustiis versantem, sed etiam contra leges in alium locum, non Athenas, frumentum subvexisse *καὶ οὐκ ἐξήρκεσεν αὐτῷ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τὴν πόλιν ἀδικῆσαι, ἀλλ' οἰκῶν ἐν Μεγάροις, οἷς παρ' ὑμῶν ἐξεκομίσατο χρήμασιν ἀφορμῇ χρώμενος, ἐκ τῆς ἠπείρου παρὰ Κλεοπάτρας εἰς Ἑλλάδα ἐσιτήγει καὶ ἐκεῖθεν εἰς Κόρινθον. καίτοι, ὦ ἄνδρες, καὶ περὶ τούτων οἱ ὑμέτεροι νόμοι τὰς ἐσχάτας τιμωρίας ὁρίζουσιν, ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ πη σιτηγήσῃ ἢ ὡς ὑμᾶς.* cf. Dem. XXXIV, 37. Boeckh. de oec. Ath. I p. 79. 120. — Dem. XXXIV, 50: *ὑμεῖς γάρ ἐστε οἱ αὐτοὶ οἱ τὸν ἐπιδεδανεισμένον ἐκ τοῦ ἐμπορίου πολλὰ χρήματα καὶ τοῖς δανεισταῖς οὐ παρασχόντα τὰς ὑποθήκας θανάτῳ ζημιώσαντες εἰσαγγελθέντα ἐν τῷ δήμῳ καὶ ταῦτα πολίτην ὑμέτερον ὄντα καὶ πατρὸς ἐστρατηγηκότος. ἡγεῖσθε γὰρ τοὺς τοιούτους οὐ μόνον τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κοινῇ βλάπτειν τὸ ἐμπόριον ὑμῶν εἰκότως* etc. Haec tria crimina videntur mihi inter se conexa esse; spectant ad leges, quae ad mercaturam pertinent. Non vereor igitur, ne temeritatis opprobrium subeam, si in lege *εἰσαγγελίας* aliquid de invectione frumenti, pecuniarum cautionibus, similibus propositum fuisse contendo. Deplorandum est interiisse Dinarchi orat. *κατὰ Πυθέου περὶ τῶν κατὰ τὸ ἐμπόριον εἰσαγγελία*, haec profecto accenderet difficili huic quaestioni novam lucem; ejusdem *κατὰ Καλλισθένους εἰσαγγελίαν* ad rem frumentarium pertinuisse luculenter docent fragmenta.

Homines docti etiam in alia crimina, quam quae attuli, *εἰσαγγελίας* institutas esse putant. Schoem. l. l. p. 186 e Dem. XX, 121 affert *εἰσαγγελίαν φόνου*, sed spurius est hic locus; e Dionys. Halic. in Din. (p. 116 Sylb.) *εἰσαγγελίαν ξενίας*, sed scribendum est ibi *κατ' Ἀγασικλέους εἰσαγγελία· Ξενίας οὐδένα πώποτε οἶμαι* cf. Bait. et Saupp. O. Att. II

p. 322, 6. Titulum *πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον* Lysiacae orationis, quae Harpocrationi in suspicione est, falsum esse apparet; neque potuit tali in re per *εἰσαγγελίαν* accusari neque mentio est in oratione ipsa *εἰσαγγελία* s. *εἰσαγγέλειν* vocum. Affert Plutarchus Alcib. c. 22 cf. c. 19 *εἰσαγγελίαν ἀσεβείας;*[1]) diversa est haec causa ab Isocratea (Isocr. XVI, 3) cf. Hertzbergii comment. de Alcibiade p. 175. Priusquam classis exiit, Alcibiadem detulit Androcles, quod sodalitatem contraxisset ad evertendum statum popularem et profanasset mysteria in Polytionis domo; quam Plutarchus narrat litem postea intulit Thessalus, quod domi suae Alcibiades profanasset mysteria. De impietatis *εἰσαγγελίᾳ* cogitari non posse, intelligitur e loco illo Hyperideo (pro Eux. c. 21), cum de impietatis crimine jam egerit, priusquam legem *εἰσαγγελτικὴν* profert. Andocides I, 14 et alibi de profanatis mysteriis *μηνύσεις* dicit. Itaque Kiesslingii conjectura mihi non probatur Lycurgum per *εἰσαγγελίαν ἀσεβείας* accusavisse Menesaechmum; ipse sensisse videtur, non posse nimis tribui fragmentis a grammaticis et lexicographis servatis, quae de rebus sacris agunt; addit enim: intercedit hujus orationis fragmentis nonnullis mira quaedam argumenti cognatio ac congruentia cum Deliacae orationis Hyperideae reliquiis, ita ut in eodem sacrorum genere, Apollinea dico, utramque orationem versatam fuisse in aperto sit. Quod etsi de tota Lycurgi oratione nolim affirmare, certe documento est, singula Lycurgeae orationis fragmenta, quae servata exstant, communi quodam argumenti vinculo comprehensa ex una integrae orationis parte a rhetore fortasse quodam excerpta fuisse, unde lexicographi singula verba in suos hortulos derivarunt'. Boehneckius quaest. Att. I p. 549. Leocratem a Lycurgo *δειλίας* per

[1]) nihili est Ps. Plut. p. 834 C, cum ibi *εἰσαγγέλλειν* dicatur, quod alibi *μηνύειν* p. 834 D. [Lys.] VI, 11: *Ἀνδοκίδης προσεκαλέσατο δίκην ἀσεβείας πρὸς τὸν βασιλέα* etc. quid de Andocidis delationibus judicandum esset, accurate et subtili judicio exposuit Blass. l. l. p. 272 sq.

εἰσαγγελίαν accusatum esse censet; de hac causa jam fecimus verba.

Neque tamen refutatis his sententiis ad finem perducta est disputatio; restant *εἰσαγγελίαι* nonnullae, de quibus non habeo, quid dicam.

Lys. X, 1: *Λυσίθεος Θεόμνηστον εἰσήγγελλε τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, δημηγορεῖν.* Hoc crimen per *ἔνδειξιν* deferri solebat vel *ἐπαγγελίαν δοκιμασίας* cf. Meier. et Schoem. de lit. Att. p. 210, C. Fr. Hermanni antiqq. I §. 129, 8—10. Aesch. I, 29: *καὶ τίσι δεύτερον ἀπεῖπε μὴ λέγειν; ἢ τὰς στρατείας, φησί, μὴ ἐστρατευμένος, ὅσας ἂν αὐτῷ προσταχθῶσιν, ἢ τὴν ἀσπίδ' ἀποβεβληκώς* etc. Hefterus de jud. Ath. p. 202, n. 4 *εἰσαγγέλλειν* pro *ἐνδεικνύναι* dictum esse censet.

Hyp. pro Eux. c. 19: *Διογνίδης μὲν καὶ Ἀντίδωρος ὁ μέτοικος εἰσαγγέλλονται ὡς πλέονος μισθοῦντες τὰς αὐλητρίδας ἢ ὁ νόμος κελεύει;* de tali lege ante Hyperidem repertum nihil compertum habuimus. *Ἀγασικλῆς δ' ὁ ἐκ Πειραιέως ὅτι εἰς Ἁλιμουσίους ἐνεγράφη, Εὐξένιππος* etc. *ὧν οὐδεμία δήπου τῶν αἰτιῶν τούτων οὐδὲν κοινωνεῖ τῷ εἰσαγγελτικῷ νόμῳ.* Conjecturis supersedere optimum esse arbitror, donec novae rationes accedunt; id inde intelligimus adhibitam esse *εἰσαγγελίαν* ad delicta, quae prorsus abhorrerent a lege *εἰσαγγελτικῇ*, ac fortasse ejusmodi *εἰσαγγελίαις* permotus definivit Caecilius: *ὃ περὶ καινῶν ἀδικημάτων δεδώκασιν ἀπενεγκεῖν οἱ νόμοι.*

Cur Aristogiton Hegemonem et Democlem [Dem.] XXV, 45), et Dinarchus Himeraeum detulerit per *εἰσαγγελίαν* ignoramus; idem existimandum est de Cephisocratis *εἰσαγγελίᾳ*, quam Plutarchus commemorat (de adul. et amic. discr. p. 63 E) *Λακύδης γοῦν ὁ Ἀρκεσιλάου γνώριμος ἀπ' εἰσαγγελίας φεύγοντι δίκην Κηφισοκράτει μετὰ τῶν ἄλλων φίλων παρειστήκει.*

DE IMPUNITATE PER *εἰσαγγελίαν* ACCUSANTIS ABOLITA.

Tradunt Harpocration: *ὁ δὲ διώκων, ἐὰν μὴ ἕλῃ, οὐδὲν ζημιοῦται, πλὴν ἐὰν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων μὴ μεταλάβῃ, τότε χιλίας ἐκτείνει· τὸ δὲ παλαιὸν καὶ οὗτοι μειζόνως ἐκολάζοντο* et Pollux (VIII, 52. 53) *ὅτι δὲ ὁ εἰσαγγείλας καὶ οὐχ ἑλὼν ἀζήμιος ἦν, Ὑπερείδης ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονός φησι. καίτοι γε ὁ Θεόφραστος τοὺς μὲν ἄλλας γραφὰς γραψαμένους χιλίας τ' ὀφλισκάνειν, εἰ τοῦ πέμπτου τῶν φήφων μὴ μεταλάβοιεν, καὶ προσατιμοῦσθαι· τοὺς δὲ εἰσαγγέλλοντας μὴ ἀτιμοῦσθαι μέν, ὄφλειν δὲ τὰς χιλίας. ἔοικε δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ῥᾳδίως εἰσαγγέλλοντας ὕστερον προσγεγράφθαι* et ex eodem fonte auct. lex. rhet. Cantabr. p. 677, 8: *πρόστιμον ἐκεῖνο τῷ μὴ μεταλαβόντι τὸ πέμπτον μέρος, ὡς Θεόφραστος ἐν πέμπτῳ περὶ νόμων· ἐν δὲ τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν ἐζημιοῦντο πρῶτον πρὸς ἀτιμίαν, ὥστε μὴ ἐξεῖναι μήτε γράψασθαι παρανόμων, μήτε φαίνειν, μήτε ὑφηγεῖσθαι· ἐὰν γραψάμενος μὴ ἐπεξέλθῃ, ὁμοίως· περὶ δὲ τῆς εἰσαγγελίας, ἐὰν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οἱ δικασταὶ τιμῶσιν.* Repugnant inter se haec testimonia; Luzacius de Socrate cive p. 110: ‚scilicet, ut recte Pollux, poena infamiae aliis in causis praeter mulctam statuta contra illos, qui per calumniam accusabant, seriori reipublicae aetate abrogata fuit in accusationibus publicis, quae *εἰσαγγελίαι* dicebantur, ut eo tutius faciliusque calumniatores contra innocentem quemvis grassarentur'. Id est, quod ait Harpocration: *καὶ οὗτοι τὸ παλαιὸν μειζόνως ἐκολάζοντο.* Similiter Meierus, cui obtemperat Boeckhius de oec. Athen. p. I 499 h., ad lex. rhet. Cantabr. l. l. p. XXXIII: ‚Errasse Pollucem, qui subdiderit: *ἔοικε δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ῥᾳδίως εἰσαγγέλλοντας ὕστερον προσγεγράφθαι*, jam dudum apparuit ex Harpocratione; ex hoc enim intelligebatur, plane *ἀζημίους* fuisse tantum *εἰσαγγελίας κακώσεως*[1]) *πρὸς τὸν ἄρχοντα;*

[1]) cf. Isaeum III, 46: *καὶ ἂν εἰσήγγειλλες πρὸς τὸν ἄρχοντα κακοῦσθαι τὴν ἐπίκληρον ὑπὸ τοῦ εἰσποιήτου οὕτως ὑβριζομένην καὶ ἄκληρον*

ad eas igitur solas illum Hyperidis locum pertinuisse; contra ea in *εἰσαγγελίαις πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον* accusatorem, si ne quintam quidem suffragiorum partem tulisset, antiquitus quidem majore poena vindicatum, postea autem mille tantum drachmis mulctatum esse. Quaenam vero major illa fuerit poena antiquitus, id nunc demum ex hoc grammatico discimus; etenim ex hoc constat olim remissum esse judicum arbitrio, ut si quis post institutam *εἰσαγγελίαν* quintam suffragiorum partem non tulisset, ipsi quam vellent vel poenam vel mulctam ei irrogarent; nam ad *τιμῶσι* aut addendum aut supplendum est: *ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι*'. Heraldus III. c. 14 §. 5 Pollucis sententiam amplexus hac quoque in re differentiam esse statuit inter *εἰσαγγελίαν* et *γραφήν*. Schoemannus de com. Athen. p. 211 hanc Pollucis opinionem, inquit, cum auctoritate plane careat, tantisper pro falsa habere licebit, donec idoneis rationibus probabitur; quod equidem nunquam fore praestiterim'. E Meieri et Schoemanni sententia Hyperidis *εἰσαγγελία* in Lycophronem ad alterum genus pertinuit, quod jam commemoravi, de mala parentum, epiclerorum et pupillorum tractatione. Sed hoc falsum esse docemur repertis Lycophroneae orationis fragmentis; accusatus est Lycophron *δήμου καταλύσεως* a Lycurgo et bis exprobrat accusatori, illum hoc delationis genere usum esse, quod nulla ratione poenam dare posset c. 7, 4: *οἱ μὲν γὰρ διὰ τὸ ἀκίνδυνον αὐτοῖς εἶναι τὸν ἀγῶνα* etc. c. 10, 17: *ἵνα πρῶτον μὲν ἀκίνδυνος εἰσίῃς εἰς τὸν ἀγῶνα*. Comprobatur igitur certo testimonio id, quod Pollux tradidit; quaeritur nunc, quando abolita sit accusatoris impunitas.

Schneidewinus l. l. p. 58. 59 post Hyperidem adscriptum

τῶν ἑαυτῆς πατρῴων καθισταμένην, ἄλλως τε καὶ μόνων τούτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς ἐπικλήροις; οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔπεστιν, οὐδ' ἐὰν μηδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγείλαντες μεταλάβωσιν etc. Dem. XXXVII, 46.

esse censet ad legem *ὀφλεῖν τὰς χιλίας* etc. idem probatur Boehneckio l. l. p. 48. Sed non potest de temporibus post Hyperidem cogitari; hoc factum est vivo Hyperide meo quidem judicio, idemque jam dixit Caffiaux, plaidoyer pour Euxénippe contre Polyeucte, Valenciennes p. 1860, sed ne quis credat, hoc viro docto praeeunte me judicasse, afferam unum certum testimonium a Demosthene petitum et falsam esse ejus argumentationem demonstrabo. Dicit p. 22: quelle est la date de cette répression salutaire? Il faut la placer du vivant d'Hyperide et même dans l'intervalle qui sépare les deux plaidoyers que nous avons de lui. En effet, quand il composa le discours que prononça Lycophron, l'accusateur de son client ne courait encore aucun péril, et il le lui reproche deux fois avec assez d'amertume; tandisque dans sa défense d'Euxénippe il nous parle d'une dénonciation calumnieuse qui avait été flétrie par le peuple, dans la personne de Tisis d'Agrylète. Il ne paraît pas pourtant que ce dernier ait été condamné à une amende de mille drachmes, il semble plutôt avoir été noté d'infâmie, d'où il faut conclure qu'avant qu'on s'arrêtât à l'amende, il y eut quelques essais de châtiments plus ou moins sévères'. Sed Tisidis causa non erat *εἰσαγγελία* cf. c. 43: *καὶ πρῶτον μὲν Τίσιδος τοῦ Ἀγρυλῆθεν ἀπογράψαντος τὴν Εὐθυκράτους οὐσίαν ὡς δημοσίαν οὖσαν* etc. — *καὶ μετ' ἐκείνην πάλιν ὑπισχνουμένου τὴν Φιλίππου καὶ Ναυσικλέους ἀπογράψειν καὶ λέγοντος ὡς ἐξ ἀναπογράφων μετάλλων* etc. Terminum, ante quem hoc mutatum est, intelligimus e Dem. XVIII, 250: *καὶ μετὰ ταῦτα συστάντων οἷς ἦν ἐπιμελὲς κακῶς ἐμὲ ποιεῖν καὶ γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας πάντα ταῦτ' ἐπαγόντων μοι* etc. *οὐκοῦν ἐν μὲν οἷς εἰσαγγελλόμην, ὅτ' ἀπεψηφίζεσθέ μου καὶ τὸ μέρος τῶν ψήφων τοῖς διώκουσιν οὐ μετεδίδοτε, τότ' ἐψηφίζεσθε τὰ ἄριστά με πράττειν. τὸ μέρος* s. *τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐ μεταδιδόναι, οὐ μεταλαμβάνειν* sunt termini technici, quibus non tam id significetur, accusatorem non tot tulisse calceos, ut vicerit causam, quam potins poenam

dedisse accusatorem. Tam multis litibus distentus est Demosthenes post pacem Demadeam.

Habemus igitur certum temporis momentum, quo abolita erat accusatoris impunitas; quaeritur nunc, quo anno habita sit Hyperidis oratio pro Lycophrone.

Egerunt de hac re Schneidewinus, A. Schaeferus, Boehneckius. Dicit Schneidewinus l. l. p. 63 ‚tempus habitae orationis aliqua ex parte colligitur e commemoratione Dioxippi, qui Alexandrum in Asiam secutus in Indis sibi necem intulit a. 326, ante illum igitur annum haec facta sunt' vel potius ante Ol. 111, 2 (334), cum hoc anno Alexander expeditionem in Asiam suscepisset. Boehneckii quaestio in libro, qui inscribitur ‚Demosthenes, Lycurgus, Hyperides', prorsus omittenda est, cum profecta sit e falsa opinione, Lycophronem non esse nobilem Atheniensem, sed tyrannum illum Pheraeum. Quae quam falsa sit et perversa, indicavit Spengelus in diar. erudit. Monacens. a. 1853 p. 46, qui repertis Hyperideae orationis fragmentis speraverat fore ut desisteret Boehneckius ab hac argumentatione, quam promiserat quondam et comprobavit luculenter Wittichius ‚de persona Lycophronis ab Hyperide defensi'. Dicit enim Boehneckius l. l. p. 178 cum Lycophron Pherarum tyrannus Ol. 107, 4 hipparchus sit Lemnum missus, Demosthenes vero in prima Philippicarum orationum consulat Atheniensibus, ut hipparchus peregrinus, qui jam creatus sit, Lemnum mittatur, fieri non potest, quin sit Lycophron, qui cum sub finem demum Ol. 107, 1 Athenas venerit, necessario sequitur orationem hanc (i. e orat. prim. Philippic.) non vere Ol. 107, 1, sed autumno Ol. 107, 4 esse habitam'. Sed non consulit Demosthenes, immo queritur, quod suum hipparchum Lemnum missuri essent Athenienses. Quod inter se opponuntur is hipparchus, qui Lemnum mittitur, atque Menelaus, qui de reipublicae possessionibus proeliatur, necessario sequitur, id quod recte viderunt Sauppius et Schneidewinus, eum qui Lemnum missus sit, non ut ibi dimicaret eo legatum esse,

sed ut pompam duceret. Sed Lycophron de se dicit mihi *παρακατατιθέμενοι δύο πόλεις τῶν ὑμετέρων αὐτῶν* (c. 15.) et prorogatum ei est imperium et versatus est tertium annum Lemni, ne praecipitanter mercedem equitibus debitam a civibus exigere cogeretur, qui tunc laborabant inopia. Itaque Dem. IV, 27 non potest de Lycophrone cogitari; Menelaum peregrinum fuisse, inter omnes constat. Amyntas e Gygaea tres filios habuit: Archelaum, Arrhidaeum, Menelaum cf. Justin. VII. 4, 5. Quo tempore orationum Philippicarum I. habita sit, accuratissime examinavit Vold. Doehlius in comment. ‚de Dem. Philippic. orat. I'; videtur ei Demosthenes aut Munychione aut Thargelione mense Ol. 107, 1 (351) dixisse.

A. Schaeferus in Jahn. annal. a. 1853 p. 28 sqq. — de Dem. ejusque aet. II 26. 4 Lycophronem Lemnum missum esse censet Ol. 107. propter populationes Philippi, qui Ol. 106. Lemnum quoque adortus erat, Theonis rhetoris locum ad hanc orationem referens progymn. p. 8. *καὶ Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου τά τε Λυσίου καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων μετενήνοχε.* Jure reponit Blassius, utrumque argumentum minime ab omni parte firmum esse; etenim ut a posteriore ordiar argumento, vix credi potest Theonem in orationum tempora tam diligenter inquisivisse et si eadem vel similiter dicta reppererit apud oratores, accurate et recte judicasse, uter prius dixerit. Deinde nullo confirmatur loco illo tempore hipparchos in insulas tutelae causa esse missos; vix poterat hoc praetermittere Demosthenes in Philippic. orat. I.: si peregrinus vir tutelae causa missus erat, opponere ei eum legatum domesticum potuit, qui nunc pompae ducendae causa huc proficisceretur; si domesticus erat, affere potuit: laudandum fuisse, quod quondam domesticum hipparchum in insulam bellandi causa misissent, nunc autem vituperandum, quod peregrinus bella gereret, pompas duceret domesticus. Praeterea vix licitum est per temporis rationem ita statuere. Comperimus e Diod. Sic. XVI, 8

Ol. 106, 1 cum Potidaeam expugnaret, copias Atheniensium ex urbe eduxisse Philippum Athenasque misisse verecundia commotum *οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Φίλιππος Ποτίδαιαν ἐκπολιορκήσας τὴν μὲν τῶν Ἀθηναίων φρουρὰν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς πόλεως καὶ φιλανθρώπως αὐτῇ προσενεγκάμενος ἐξαπέστειλεν εἰς τὰς Ἀθήνας. σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων διὰ τὸ βάρος καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως.*[1]) Bello sociali Ol. 106, 1 a Chiis, Rhodiis, Byzantiis Lemnus Imbrus aliae insulae Atheniensium imperio subditae Philippo fortasse incitante devastatae sunt cf. Diod. Sic. XVI, 21. Et quod hoc anno jam factae erant irruptiones et quod Philippus tum inimicitias non habuit cum Atheniensibus, facere non possum, quin Ol. 106, 2 vel potius 3 demum irrupisse Philippum censeam. Postea duos annos ibi versatus est Lycophron hipparchus, Ol. 107, 1 eum non potuisse fungi hoc munere, ex eo intelligitur, quod tunc Menelaus exercitui praeerat, alter pompae ducendae causa Lemnum legatus est. Demosthenes IV, 32 perpetuum exercitum parandum esse jubet militum grassantium, qui Macedoniam quocunque modo vexet, mercaturam et commeatum impediat; exercitum praedatorium hibernis uti Lemno aliisque insulis opportunis etc. Si Lycophron cum equitatus Atheniensium parte jam Ol. 106, 3 et 4 Lemni versatus esset, hoc non poterat praetermittere Demosthenes. E [Dem.] LIX, 3. 4 concludit A. Schaeferus, impetum in Lemnum insulam factum expeditionibus in Euboeam et Olynthum institutis antecessisse *δοκιμασθεὶς δὲ* (sc. *Ἀπολλόδωρος*) *καὶ ὀμόσας τὸν νόμιμον ὅρκον, συμβάντος τῇ πόλει καιροῦ τοιούτου καὶ πολέμου, ἐν ᾧ ἦν ἡ κρατήσασιν ὑμῖν μεγίστοις τῶν Ἑλλήνων εἶναι καὶ ἀμφισβητήτως τά τε ὑμέτερα αὐτῶν κεκομίσθαι καὶ καταπεπολεμηκέναι Φίλιππον, ἢ ὑστερήσασι τῇ βοηθείᾳ καὶ προεμένοις τοὺς συμμάχους, δι' ἀπορίαν χρημάτων κατα-*

[1]) [Dem.] VII, 9 de tempore post Olynthum urbem expugnatam intelligendum esse monet Voemelius ad. l. l.

λυθέντος τοῦ στρατοπέδου, τούτους τ' ἀπολέσαι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀπίστους εἶναι δοκεῖν καὶ κινδυνεύειν περὶ τῶν ὑπολοίπων, περί τε Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Σκύρου καὶ Χερρονήσου καὶ μελλόντων στρατεύεσθαι ὑμῶν πανδημεῖ εἴς τε Εὔβοιαν καὶ Ὄλυνθον etc. Jure dicit Wittichius l. l. p. 26 nihil inde consequi, cum in his verbis de tali rerum statu agatur, qualis fieri poterat illo tempore, quo Apollodorus legem suam tulit, non vero de tali, qualis erat, id quod luculenter intelligitur ex enuntiatis disjunctivis *ἢ — ἢ*; ‚cum enim dicat orator: ubi is erat rerum status, ut aut vincentes maximi essetis inter Graecos, aut auxilio non lato etc., de Lemno Scyro Imbro Chersoneso periclitaremini atque cum in eo esset etc., nullo modo indicat, utrum postea factum sit, vicerintne an neglexerint ea, quae factu necessaria erant'.

Ut meam sententiam proferam, post Olynthum expugnatam Ol. 107, 2 vel eo ipso vel proximo anno Lycophronem Lemnum missum esse censeo. Timebant tum Athenienses, ne Atticam ipsam aggrederetur Philippus vel certe in insulas belli impetum verteret, quas si cepisset, non levem plagam acceptura erat civitas orbata his annonae praesidiis et libero maris Aegaei usu exclusa. Nescimus qua de causa Cersobleptes rex bellum cum Philippo renovaverit, hoc tantum constat in debellando eo occupatum Philippum etiam Chersoneso imminuisse. Schaef. l. l. II p. 166 suspicatur, jam autumno 347 (Ol. 108, 2) Antipatrum missum esse in oram Thraciae ipsumque Philippum vere proximi anni subsecutum. Tunc Demosthenes quintam in Philippum habuit orationem, qua populum ad tuendas insulas Hellespontique urbes excitaret cf. Dionys. Halic. ad Amm. I, c. 10: *μετὰ ἄρχοντα Καλλίμαχον, ἐφ' οὗ τὰς εἰς Ὄλυνθον βοηθείας ἀπέστειλαν Ἀθηναῖοι πεισθέντες ὑπὸ Δημοσθένους, Θεόφιλός ἐστι ἄρχων* (Ol. 108, 1), *καθ' ὃν ἐκράτησε τῆς Ὀλυνθίων πόλεως Φίλλιππος. ἔπειτα Θεμιστοκλῆς* (Ol. 108, 2) *ἐφ' οὗ τὴν ἕκτην* (Wolfii et Morelli marg. *πέμπτην*) *τῶν κατὰ Φιλίππου*

δημηγοριῶν ἀπήγγειλε Δημοσθένης περὶ τῆς φυλακῆς τῆς τῶν νησιατῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλεσπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστιν ἀρχή etc. Belli apparatum jam autumno finitum esse ex eo apparet, quod hieme ab hoc abstinuerunt Dem. XVIII, 26: *ὅτι ὑμεῖς μὲν οὐκ ἀφ' ἧς ὠμόσατε ἡμέρας μόνον, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἠλπίσατε τὴν εἰρήνην ἔσεσθαι, πάσας ἐξελύσασθε τὰς παρασκευὰς τὰς τοῦ πολέμου, ὁ δέ* etc. De condicione reipublicae Atheniensium, quae tunc erat cf. Schaef. l. l. II p. 166 sq. 260 sqq. Chares ad Hellespontum in statione erat et potissimum Chersonesi custodia a populo ei mandata esse videtur, in castellis Cersobleptis Serrhio et Hieronoro praesidii causa milites collocavit cf. Dem. IX, 15, Cersobleptem a Philippo pressum esse Athenas nuntiat per litteras (Aesch. II, 89); eodem tempore in Imbro insula Nausicles fuit cum MM hoplitis, qui coronatus est (Dem. XVIII, 114), quod cum Philon *ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως κεχειροτονημένος* propter procellas Imbrum navigare nequiret, de suo militibus mercedem dederit. Quum Philippus in Euboea insula duo tyrannos constituisset, alterum Clitarchum Eretriae, alterum Philistidem Orei, videntur in Sciatho insula Atheniensium praesidia fuisse; dicit enim Demosthenes, *δύο ἐν Εὐβοίᾳ κατέστησε τυράννους, τὸν μὲν ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπιτειχίσας, τὸν δ' ἐπὶ Σκίαθον* etc.

Erant igitur praesidia et Imbri et Lemni et Sciathi. Si Ol. 108, 2 profectus est Lycophron Lemnum, acta est causa paullo post Ol. 109, 1; etenim tres annos ibi versatus est. Se astrinxerat scelere, propter quod ejus nomen detulit Lycurgus, antequam reliquit Athenas et simulatque *εἰσαγγελίαν* ei miserunt cognati, illico Athenas revertit cf. c. 3: *ἐμοὶ γὰρ οἱ οἰκεῖοι ἀπέστειλαν γράψαντες τήν τε εἰσαγγελίαν καὶ τὰς αἰτίας* etc. — *ἐγὼ δὲ ἃ καὶ πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους τοὺς ἐμαυτοῦ εὐθὺς ἦκων ἔλεγον.*

Abolita est igitur impunitas per *εἰσαγγελίαν* accusantis inter Ol. 109, 1 vel 2 et Ol. 110, 3 vel 4. Eo spatio, quod

his annis quasi finibus circumscribitur,— quo quam vehementer Macedonica factio persecuta sit patriae amantes, quam infestae fuerint partes et inimicae etiam post pacem constitutam, intelligitur ex Hyperidis oratione *κατὰ Δημάδου παρανόμων*,[1]) — cognitum est, quam commoda esset et opportuna *εἰσαγγελία* accusatoribus, quippe qui ipsi nulla ratione poena teneri, itaque sine suis periculis adversarios summa poena afficere possent cf. Poll. l. l. *ἔοικε δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ῥᾳδίως εἰσαγγέλλοντας ὕστερον προσγεγράφθαι.*

[1]) *Θριπήδεστον* ab eo Graeciam dictam esse (fr. 85.) refert Harpocration; vermibus, qui omnia exedant et corrumpant, oratores comparat a Philippo corruptos, qui suorum civium salutem proditione pervertant; acerbitatis virus evomit in adversarios cf. fr. 83: *εἶναι δὲ τοὺς ῥήτορας ὁμοίους τοῖς ὄφεσι· τοὺς τε γὰρ ὄφεις μισητοὺς μὲν εἶναι πάντας, τῶν δὲ ὄφεων αὐτῶν τοὺς μὲν ἔχεις τοὺς ἀνθρώπους ἀνδικεῖν, τοὺς δὲ παρείας αὐτοὺς τοὺς ἔχεις κατεσθίειν.*

Addo A. Bekerum bibliothecarium Albae Transsilvaniae, postquam jam excussa est prima plagula, me litteris certiorem fecisse ,habere Albam Transsilvaniae bibliothecam amplissimam multis antiquis documentis incunabulis et manuscriptis insignem, quae tamen a Com. Ign. de Basthyány Episcopo Transsilvaniae fundata sit circa finem saeculi praecedentis'.

511

OCT. 68
N. MANCHESTER,
INDIANA

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 046 209 9